Uj lat. ir. O.
41.
Maj: lat:
628.
Ant. 837

# D. ERAS
# MI ROT. BREVI-
# ores aliquot Epiſtolæ, ſtudioſis iuuenibus ad- modum vtiles.

PARISIIS
Apud Ioannē Paruū.
1 5 2 8

M. ACADEMIA' KÖNYVTÁRA

# ERASMVS ROTERODAMVS BE ATO RHENANO SLETSTA DIENSI S. D.

QVOD ſcribis optime Beate verius eſſe video q̃ vellem. Sed illud demiror, cur ea po-tiſſimum efflagitēt amici mei Germani, quæ me degrauāt īuidia. Scis enim q̃ non dex-tris auibus exierint epiſtolæ quas tu primū ędendas curaſti: at quanto peioribus illa farrago, cuius editionem parti extorſit amicorū fla-gitatio, parti ipſa neceſſitas, cum viderem accinctos qui ꝙ habebant epiſtolarū mearum, vel inuito me, eſſent publicaturi; atq; id facturos ſeſe iam palā lite ris ad me ſuis minitabant. Qđ ne fieret, faſciculo ad te miſſo, delectū, atq; etiam emendandi ius tibi cre-didi, ſi quid ineſſet, ꝙ vel offecturū famę meæ vide ret, vel exacerbaturū vehementer cuius q̃ animū. Nec dubito, quin tu ſedulo pro tua in nos beneuo-lentia ſis amici ſynceri fūctus officio. & tñ illic etiā inuentū eſt, ꝙ apud quoſdā plane tragicas iras exci tarit. Quare decretum erat in totum ab hoc genere ſcripti deſiſtere, preſertim cū nunc res vndiq; miris tumultibus, agitetur, ac multorum animi ſic odijs ſīt exacerbati, vt nihil tam blande, nihil tam ſimpliciter nihil tā circūſpecte poſſis ſcribere, ꝙ nō rapiant ī ca lūniā. Ego quū adoleſcēs, atq; etiā virili ętate, pluri mas ſcripſeri epiſtolas: vix vllā tñ in hoc ſcripſi, vt ederet. Exercebā ſtilū, fallebā ociū, nugabar cū ami culis, ſtomocho morē gerebā. deniq; nihil aliud hic fere q̃ ludebā, nihil minus expectās, q̃ vt huiuſmo di nænias deſcriberēt: & aſſeruarēt amici. Nā Senæ quū eſſē, humaniſſimꝰ ille Piſo. q̄ tū regis ſui nomī

ne oratorem agebat apud Iulium Pontificem, rep perit apud bibliopolam quendam proſtantem codicem epiſtolarum Eraſmi, ſed manu deſcriptū: emit, ac mihi miſit. In hoc tametſi erant permulta, quę fortaſſe non digna videri poterant, quę ſeruarentur: tamen offenſus tam inopinato caſu, totum quantus erat, vulcano dicaui. Hic, reuerſus comperi ſimiles libellos apud complures adſeruari, in aliquot exēplaria tranſfuſos. Et hic quicquid a notis impetrare potui, Vulcano tradidi. Sed expertus ſum tandē mihi rem eſſe cum excetra. Hoc igitur conſilio paſſus ſum exire quaſdam, vt vel ſatiati deſinerēt flagitare cæteras vel ipſi certe deſiſterent ab ædendi conſilio quum perſpicerent me huic negocio manus admolitum eſſe. ad hęc, exirent certe cum aliquo delectu, minuſque deprauatæ quam apud multos habebantur deſcriptæ. deniq; minus haberēt aloes. Hoc cōſilio Farraginem recognoui: quędam explicui, quæ quidam ſiniſtre fuerant interpretati. quędā expunxi, quibus animaduerterā quorundam offenſos animos: nimium profecto teneros, atq; irritabiles. quædam mitiora reddidi: ac rurſus horum temporū ratio fecit vt me eius conſilij pœniteret. Iāpridē magnis odijs flagrabant ſtudia tuentium linguas: ac bonas literas & iſtorum, qui ſtultiſſime ſibi perſuadentt ſuis commodis decedere, quicquid accreſcit prouentui melioris literaturæ. Mox Lutherana tragœdia in tantam exarſit contentionē, vt nec loqui tutum ſit, nec tacere. Rapiuntur in diuerſum omnia, etiā quę optimo ſcribuntur animo. ne tempus quidem perpenditur quo ſcripſit aliquis: ſed quod ſuo tempore recte ſcribebatur transferunt in tempus īcōmodiſſimū. Proīde ſcripſerā diligenter Frobenio nr̄o, vt hoc operis mei ꝑpetuo ꝓmeret, aut ſeruaret in aliud tēpus, aut certe ī reditū meū ꝓferret: paraphraſeon opus acce

leraret,quo neminem adhuc offendi comperiſſem.
At ille,vt mihi quidem frequenter eſt,leuę mentis,
omnibus vt ſcribunt,poſthabitis, epiſtolarum opꝰ
adproperauit:iamq; me inſcio,ad xli.ſenionem per
uenit,neque quicquā remoratur æditionem præter
præfationem:& coronidem.Negat autem ſe diutiꝰ
preſſurum opus etiam ſi ipſe grauer aliquid addere,
citius emiſſurus ακεφαλον ac μειουρον opus,quam
tantam ĩpendĳ iacturam accepturus. Scilicet mos
huiuſmodi gerendus eſt,& ipſe fortaſſe famæ diſpē
dium aliquod faciam,vt illius compendio conſulat.
Atq̄n quod volui,obtineri non poteſt:tui mi Beate
cādoris erit aduigilare, vt opus exeat q̄ minima mei
noīs ĩuidia.Non ſatis memini,quas epiſtolas miſerĩ
atq; ea gratia iuſſi,vt per iuuenē eū p quē miſi prio
rem noui teſtamenti partem,remitteret quod excuſ
ſum eſſet ex epiſtolis. Quod quo conſilio grauatus
ſit facere.non queo ſatis coniectare.Hac igitur in re
te per amicitiam noſtrā obteſtor eruditiſſime Beate
vt quod ego facturus eram,ſi licuiſſet:tu facias,ve-
re alter ego:atq; oībus modis ſic agas,ne iſtic Eraſ
mus abfuiſſe videat.Neq; vero te moueat tantulū
damni quod erit in aliquot chartis mutandis ſuſcipiē
dum.Mihi totum iſtud,quicquid erit diſpendĳ,vo-
lo imputari.Frobeniū immunem eſſe iubeo.Ego lu
crum eſſe deputo,quoties pecunię iactura,famę cō
ſulitur.Peculiolam illam facile ſarciemus alicunde.
famæ laboranti nō facile ſuccurritur. Cui ſi nihil eti
am ĩmineret periculi,tamē arbitror animi eſſe Chri
ſtiani pro viribus adniti vt ſic ſtudeamus omnibus
prodeſſe,ne quenquam vel imprudentes offenda-
mus.Fit autē hoc neſcio quo meo malo fato, vt ab
his,ad quæ videbar natura compoſitus,in aliumcā
pū longe diuerſū me fortuna depellat,ſiue vitæ ſpe
ctes inſtitutū,ſiue ſtudiorū genus.Et enī ne ſingula

cõmemorē quum viderer ad fuſum hoc, ac liberum orationis genus eſſe natus, quod in concionibus cõ ſultationibus, aut etiam declamationib9 adhiberi ſo let, in collectaneis prouerbiorum, in ſcolijs, & an notationibus bonam ſtudij portionem contriui. Cæterum ad epiſtolas ſcribendas fortaſſe nõ ita val de videri poterā ineptus: verum alioqui multę res erant, quæ me ab hoc genere deterrebant. Primū ſi epiſtolæ carent veris affectibus, neq; vitā ipſam hoīs repreſentant, iam epiſtolæ nomen nõ merent. quales ſunt Senecę ad lucillium, atq; adeo inter eas, quas oli ſcripſit Plato: quaſq; ad apoſtolorū (vt ap paret) imitationem ſcripſerunt Cyprianus, Baſilius Hieronimus, Auguſtinus. perpaucæ ſunt quas nõ libros rectius appellaris, q̄ epiſtolas. Porro quas no bis reliquit neſcio quis Bruti nomine, nomine Pha laridis, nomine Senecæ & Pauli, quid aliud cenſeri poſſunt q̄ declamatiunculæ? Verum, aūt illud epi ſtolarum genus, quod mores, quod fortunā, quod af fectus, quod publicum ſimul & priuatū temporis factum velut in tabula repreſentat: cuius generis fe re ſunt epiſtolæ Ciceronis, Plinij, & inter recentio res Aeneæ pij, aliquanto plus habet periculi q̄ hiſto ria rerū nuper geſtarū. Periculoſę (vt īquit Flacc9) plenum opus aleæ. Proinde ſi quid ædendum ſit in hoc genere, nulli velī author eſſe, vt ipſe viuus edat ſed tironi cuipiam hoc det negotij. Quanquā hic in ædendis patroni ſui monumētis plus ſtudij q̄ iudicii credit adhibuiſſe. Siue laudes, ſiue vituperes, aliquē non deerunt qui offēdantur. Vt ne cõmemorē eſſe quoſdam, qui ne laudari quidem ſuſtineāt libris ædi tis, ſiue q dedignētur à quouis nominari, ſiue q ve reantur ne cui veniant in ſuſpitionē φιλοκολακίας. Quo magis admiror diuum Bernardum epiſtolas ſuas euulgaſſe, in quibus tot nomina carbone notā

tur. Nunc ſi quis Iacobitæ, aut Carmelitę meminerit, vel ſuppreſſo nomine, niſi multa cum honoris ꝑfatione: res videt̄ digna lapidatione. iam & illud eſt incōmodi, quod, vt ſunt res mortalium, ex amiciſſimis nonnunq̄ redduntur inimiciſſimi, & contra: vt & illos laudatos, & hos doleas attactos. Iā ne famę qdē autoris ſatis cōſulitur, ꝙ pleriq; ex vna quapiā epiſtola totum ęſtimant hominis ingeniū: quū aliquoties ſcribamus vuidi: nōnunq̄ dormitantes, interim laſſi, interim etiam ægroti, aut aliud agētes nōnunq̄ alieno ſtomacho, frequēter ad eius cui ſcribimus, vel captum, vel iudicium orationis habitum attemperantes. Vnde fit vt imperitis veniamus in ſuſpitionē inconſtantiæ, quum ea varietas, ætati, affectui, perſonis, ac rebus in diuerſum mutatis, ſit ī putandum. Hæc cum alium quamlibet felicē ab ędēdis epiſtolis merito deterreant: me tn̄ illud peculiariter dehortabat̄, ꝙ cū mihi ſēp fortuna nō ſolū humilis fuerit, verūetiam cōſtanter iniqua, neq; is vitę tenor, vt eam velī aut poſſī ab omni crimine vidicare, nō erat cur vellē vtriuſq; multa ſupereſſe veſtigia. Atq; hæc ratio fortaſſis & illos moueret ad q̄s ſcribimus qui ꝙ per literas, velut in ſinū efficiunt amiculi, nolint oībus prodi, quū ſint qui nati gratijs iratis nihil nō interpretent̄ in peiorē partē. Sępenumero fit, vt ꝙ in cōuiuio aut inter candidos homunculos dictū gratiā habet, ſi idem loco non ſuo dicat̄, atroces excitet tragœdias. Hac quidē de cauſa pauciores admiſcuimꝰ ex his qbꝰ reſpōdemꝰ, et tn̄ aliqđ adiecimus, ꝑſertī eruditorū, partim ꝙ me piguerit laboris, quē Angelus Politianus fere ſumit in repetendo argumento epiſtolæ: cui reſcribit: partim ꝙ vt addas argumentū, tn̄ aliquid lucis ac vitę videtur deeſſe, ni prius legas eam, ad quam reſpondetur. Habes totius conſilij mei rationem. Nihil ſupereſt, niſi

vt primũ te rogẽ, vt in delectu animũ iſtũ vere ami cum exeras. deinde ſuperos præcer, vt tuum iudici- um, meum que obſequium velint eſſe felix, non ſo lum mihi, qui ſodalium affectibus repugnare perti- naciter non poſſum verumetiam illis qui hoc obſe quij maiore ſtudio, quam iudicio a nobis extorſerũt Bene vale. Louanij, ſexto Calendas Iunias

# ERASMVS ROTERODAMVS GVLIELMO BVDAEO SVO S. D.

PRolixam illam tuam epi-
ſtolā ad idus Apriles ſcri-
ptam, ad Calendas Septē
bres accepi, reuectas e Ia-
nua, ſed talē, vt haud ſciā,
an ex vtriuſq; dignitate ſit
eā p̄mi videor mihi peculi
arem īgenij tui ſenſum de
prehendiſſe. Nec dubito
quin iſta ſyncero animo abs te ſcribantur: verū ve
reor, vt idem poſſim cęteris perſuadere. Porro quid
ſi iſta ad poſteros perueniāt? Beatus Rhenanus eam
mihi tum a cœna cæcutienti prælegit, homo doctus
ac mire candidus, & (quod pręcipuum eſt ī ſtudijs)
ſani pectoris. Non libet referre quid ille iudicarit, &
tn̄ præmonitus a me de tuo ingenio in iocis familia
ribus liberiori. Conuitijs certare cum quoquā, nec
viro dignū eſt: cauillis contendere, non libet. Argu
mentis ſolidis tanto queam eſſe ſuperior, quanto tu
ſermonis apparatu vincis, vel Deloino & Ruzeo
iudicibus, aut ſi quos magis habes tuos. Verū ego
vnum Budæum amicum malo, quā decē huiuſmo-
di victorias. Plus ſatis eſt vna Apologia. Baſileę per
petuo fere ægrotaui: in itinere reualuerā, ſed p̄terita
Colonia, in ſummū exitiū recidi, adhuc domi deſi-
deo. Chirurgus inſpectis tribus vlceribus, pronun
ciauit eſſe peſtem. verum falſo, vt opinor. Epiſco-
po ſcribam cū erit ocium, & tibi itē copioſius. Gla
reanum meis verbis ſalutato, ſi forte videris homi-
nem. Redditæ ſunt & illius poſtremæ literæ. Bene
vale, Louanij Idꝰ Octobris. Anno M.D.XVIII.

## ERASMVS BVDAEO SVO. S. D.

2 AD poſtremas literas tuas eruditiſſime Budæe, nihil oĩno reſpondeo, ſatis enim huiuſmodi cõcertationũ. Non ambio, vt in talibus argumentis videar diſertus, nec mihi placet victoria quæ iactura neceſſitudinis emitur. Quid apud te de nobis ſuſpiceris, neſcio. Illud non dubitẽ per omnia ſacra deierare, neminẽ hic eſſe, qui de Budæi ingenio, ſtilo, eruditione cãdidius ſentiat: aut honorificentius p̃dicet quã Eraſmus: etiamſi tu neq; moraris noſtrum ſuffragiũ, ſat ſcio, nec hoc eges p̃cone. Mirũ quã μισόμουσοι toto fere terrarũ orbe συγκρητίζουσι, & quicquid poſſunt, ſuis adiungunt copiis, quo magis oportet & nos inter nos eſſe cõcordes. De literis q̃ te vident offendiſſe, faciã quicquid voles, vel aboliturus vel leniturus, aut ſi mauis noxæ dedã, vt tuo arbitrio pœnas luant. Bene vale. Mechliniæ. XII. Calẽ. Apriles. Anno M.D.XIX.

## ERASMVS BVDAEO SVO S. D.

3 DVas epiſtolas accepi, eodẽ ferme argumento ſed q̃ mihi declarent ſuperiorẽ conflictationẽ incolumi amicitia noſtra inter nos hactenus cõſtitiſſe. Mihi prolixa illa epiſtola non alio nomine magis diſplicet, quã q̃ tuũ animũ videbatur offẽdiſſe cui iam ne potes quidem non æquior eſſe, qñ te authore ſeruata eſt, cum ipſe eam noxæ dediſſẽ. Precor vt iſta legatio tibi felicit' cedat, tuoq; bono tandem ĩ gratiã redeas cum aula. Quoties tumultus hos aĩo contẽplor περὶ τοῦ αὐτοκράτορος, protin⁹ Horatianũ illud venit in mentem, τῶν μωρῶν βασιλέων ἀπολαύων Bene Vale:

## ERASMVS PACAEO SVO S. D.

4 O Vere ſplendidã veſtræ Britanniæ regiã, ſedẽ & arcem optimorũ ſtudiorũ, ac virtutũ. Et vobis mi Paceæ, gratulor talẽ pricipẽ: & pri

cipi gratulor, cuius regnũ tot ingenioꝝ luminibus
illuſtret. vtroq; vero nomine veſtræ gratulor An-
gliæ, cũ alias multis modis felici, tũ iſtis titulis ſic ex-
cellẽti, vt nulla regionũ cũ ea queat conferri. Nũc
demũ iuuet vniuerſam ętatẽ apud anglos exigere,
vbi fauore principũ regnãt bonę literę, viget ho-
neſti ſtudiũ, exulat ac iacet cũ fucata perſonataq; ſã-
ctimonia, futilis & inſulſa doctrina τῶν ψευδαδέλ-
φων Grocinum deficere doleo, ſed rurſũ video pro
vno tã multos breui ſuppullulaturos. Q. negociũ
meũ tã amanter egeris, veterẽ tuũ in me animũ libẽ-
ter agnoſco Vtinã liceret hoc negociũ ædendi no-
uũ teſtamẽtũ alteri cõmittere. Verũ hoc quicquid
eſt mortarij, qñ quidẽ intriui, mihi totũ eſt exedendũ
q̃ res iſtis ματαιολογοις vertat male. Vtinam mihi
magis incidiſſet in mentẽ, de hoĩbus, q̃ de portentis
bñ mereri. Cũ Louanienſibus Theologis mihi ſatis
conuenit Colonienſis Academia diſſidijs ĩamœnis
conflictat. Dentata charta res agit, iãq; & meũ no-
men paulatĩ admiſcent. Curſitant ſurſũ ac deorſũ
cucullati pcones, fœdũ rumorẽ ſpargentes in vulgꝰ
ĩpudentiſſime mentientes q illis cõmodũ bonũq;
eſt apud eos qui nihil oĩno de re norunt, non ma-
gis q̃ ipſi Dorpius mihi videt ex animo factus ami-
cꝰ. Adnitar vt ante hyemẽ me vobis reſtituã, ſi mo-
do reditum dabunt ſuperi. Paraphraſis rurſus excu-
ſa eſt Baſiliæ Apologia qua Fabrũ placo, nuper Ba-
ſiliæ prodijt cũ annotamentis, iam pridem excuſa
Argentorati. Precor deum optimum maximũ vt ti-
bi iſtum animum te nobis diu ſeruet ĩcolumen. Lo-
uanij. Anno M.D. XVIII. X. Calen. Maias.

## ERASMVS IOANNI COLETO DECANO S. PAVLI S. D.

PAtronorum optime, pro tuo in me officio 5
iam egi gratias per magiſtrum Franciſcum
& ſyngrapham tradidi qua teſtor mihi de

regia pecunia ſatiſfactum. Accingor ad iter periculoſiſſimum, ob nuper dimiſſos ſceleratiſſimos praedones, millibus aliquot cõglomeratis, ex ſua libidine graſſabantur in quoſuis. Hęc eſt crudelis principum clementia, parcere impijs paricidis, & ſacrilegis nepharijs, non parcere ciuibus ſuis. adeo chariores ſunt illis, per quos opprimunt populũ, q̃ populus ipſe. Vtinã adieciſſes duobus verbis, quare in capite ſeptimo tibi non ſatiſfecerim. fortaſſe quod ego ad affectus retuli, tu malebas ad legẽ Moſaicam referri. Sed paulus illic a deo lubricus eſt, nunc huc reſpiciens, nunc illuc, vt in his explicandis ſummopere ſudet Origenes. Alias polliceris te ſcripturum, verum hoc alias ſerum erit. Opere iã abſoluto totus ad vos aduolo, prę ſertim ſiquid bonę fortunae paratũ erit. Quod vt fiat perge: te quęſo, adniti. Bene vale. Calen. Maias, Louanij.

## ERASMVS HERMANNO BVSCHIO SVO S. D.

Diſſidium iſtud indies gliſcere, vehementiꝰ quam credi poſſet doleo. Demiror aũt, nõ pudere Theologos, & ſanctiſſimae religionis profeſſores, tumultus iſtiuſmodi cõcitare quorũ exitus cuiuſmodi ſit futurus, incertum eſt. Quid lamentationibus illis, aut ineptius, aut inamoenius, aut indoctius, aut virulentius? Optarim ego clariſſimũ Hermannum a noua aquila comitẽ a talibus portentis cõtinere vngues, vnde praeter peſtẽ ac pus nihil queat auferri. Cũ populis res ẽ ei q̃ cum p̃dicatoribꝰ belligerat. Lyſtriũ, ſi verum eſt quod narras, ſic ineptiſſe moleſte fero. hominem literis obiurgabo, licet id iam ſero facturus, ſi liber eſt editus. Bene vale doctiſſime Buſchi: Louanij, Nono Calen. Maias Anno domini M. D XVIII.

ERASMVS IOANNI VVER-

TERIO SVO S. D.

EQuidem ãte hac putabam Germanos armis duntaxat inuictos eſſe: nũc video nulla in re non eſſe inuictos, poſteaq̃ tu ab Eraſmo, & valetudinario, & ſcribẽdi laboribus pene exanimato literas etiam ocioſas extorquere potuiſti. Verbis conſequi nequeam, q̃ mihi gratus ſit tuus in me tã propenſus animus: & vtinã affectibus tuis reſpondere liceret. Magis tamen philoſophicum arbitror, moderatioribus affectibus amicos proſequi, & tempeſtiuis officiis adeſſe potiusq̃ ſuperuacaneis onerare. Quoties laborat amici fama: quoties morbo grauatur. quoties eget pecunia, aut alioqui malo quopiam premitur, ibi conuenit amicum agere, mederi ſi liceat, ſin minus, oratione ac literis lenire moleſtiã. Alioqui quod officij genus eſt, quod & præſtantẽ lædit, nec ei cui præſtat quicq̃ prodeſt? aut quale eſt hoc, imputare amico in beneficiorum ratione, vnde ille nihil ſẽſerit cõmodi? Sic quidã diuo Iacobo imputant q̃d illũ magno ſuo malo adierint, aut CHRISTO ĩputant, quod ingenti periculo ſuo Hieroſolymã viſerint: cũ vtrunq; verioribus officiis, demi licuiſſet demereri. Iam pridem in libris meliorem Eraſmi videras imaginem: ſi qua tñ bona eſt, imo iuxta Platonẽ, totum videras Eraſmũ. Quid igit̃ ſuperat tantis expetendum itineribus? verus amor animis cõſtat, quem ſæpenumero vel diſſoluit, vel minuit corporum cõiunctio. Sed inhumanus ſim ſi vere ſuccenſeam tibi qui ob hoc ipſum dignus es, qui redameris, quod amas impotentius. Bene vale. Louanii, decimo quarto Calendas Nouembres. Anno M.D.XVIII.

ERASMVS NICOLAO GERBELNIO IVRIS PONTIFICII DOCTORI S. D.

VT inſigniter & ex animi ſui ſententia me meus genius malus hoc anno exercuit, doctiſſime Gerbelli. Tragediã malorũ meorũ cognoſces ex meis ad Beatũ Rhenanũ literis. Adhuc ĩ manib⁹ chirurgorũ ſũ domi alligatus. Dabit Chriſt⁹ opt. max. vbi merebimur, imo vbi dignabit̃ ipſe, meliora. Nos in tantis malis aĩo ſẽper ĩfracto fuim⁹ Vtinã audiã Schureriũ meũ reualuiſſe. Salutabis ſodalitatẽ totã, ſed p̃cipue Sturmiũ, tũ Gebuuilerium & Rudalphingiũ, qui ſolita ſua benignitate, ĩ diuerſorio me ĩmunẽ eſſe voluerunt, quaſi parũ fuiſſet, ſuo conuictu & ornaſſe, & voluptati fuiſſe. Iã ſcis opinor, Brunoni quoq; amorbachio eſſe ꝙ amplectat̃ in ſomnis. Precor vt tibi res feliciter cœpta, feliciſſime ſuccedat. Saluta diligenter nouũ amicũ Bathodiũ. Sic diteſco indies. Inuiſit nos Helius Eoban⁹ hõ candidus, in verſu Naſonis facilitatẽ referẽs, nec in proſa oratione ſui diſſimilis. Venerat ab Erphurdia, tm̃ vt Eraſmũ videret. animũ probo, officium non probo, ꝙ grauat præſtantẽ abſq; fructu ei⁹ cui præſtat̃. Cœlũ hic adhuc purũ eſt. laborarũt pauci ſed malo aliunde ĩuecto. Bene vale doctiſſime Gerbelli, & Eraſmũ ama, facturus hoc, mihi crede mutuũ. Louanij. XIII. Ca. No. Anno. M.D.XVIII

ERASMVS ROTERO. CHRISTOPHO RO ESCHENVELDIO TELO NE POPARDIENSI S.D.

QVid tã p̃ter ſpẽ euenit q̃ ꝙ Cinicãpianũ noſtri ſtudioſũ Popardiæ repperi:imo Telonẽ muſis honeſtiſq; ſtudijs addictum? CHRISTVS in probrũ Phariſeorũ vertit, ꝙ meretrices & publicani p̃cederẽt eos in regnũ cœlorũ. An nõ æque dedecoroſum, ꝙ ſacerdotes, & monachi per luxũ, & ociũ ventri viuunt, dũ telonę bonas literas amplectunt̃? Illi ſe totos gulæ conſecrant: Cinicam

pianus ſe Cęſari,ſtudijſq́ partit. Satis p̄te ferebas q̄
de nobis opinionē concepiſſes. Præclare mecū agit
ſi nihil ab ea detriuit noſter cōſpectus. Sed heus tu,
vinū illud rubellū mire placuit nautæ vxori mulie
ri mām̄oſæ,biboſęq́;,adeo vt ſæpe appellata nulli
voluerit impartire. Hauſit affatī,ſed mox ad arma.
Ancillā pene occidit magnis coclearibꝰ. Pugna vix
poterat dirimi. Mox egreſſa, maritū aggredit: & pe
riculū erat ne illū e naui in Rhenū p̄cipitē daret. Ha
bes viri tui energiam. Tragœdiam malorum meo
rū,ex meis ad Beatū literis cognoſces,ſi mō vacabit
legere. Bn̄ vale vir aīo meo chariſſime. D. Ioānem
virū eruditū,vereq́ chriſtiane puritatis meo noīe
ſaluta. Louanij. xvij. Cal. Nouē. Anno. m.d.xviii.

ERASMVS BVDAEO SVO S. D.

POſt tātas epiſtolarū ꝓcellas,q̄bus me ſolebas
obruere, vnde q̄ſo tm̄,tāq́ ſubitū ſilentium?
Gaudeo ſi totus in explicandis Pandectis Iu
recōſultorū,ſed nō adeo es opinor,vt nō vacet vel
paucis ſignificare ꝙ poſtulo. Q̄ ni facis,colligā aut
offenſū te,aut priorē illū tumultū fuiſſe ludibriū.
Si q̄d offēſus es,aperi ſi q̄d doleat,q̊ vel mederi,vel
ī poſterū certe cauere poſſi:ſin ludus fuit illa prior
literarum tragœdia,cupio quicquid eſt cognoſcere.
Bene vale doctiſſime Budæe. Louanij. natali diui
Andreæ. Anno. M.D.XVII.

ERASMVS RO. GERMA. BRIXIO. S. D.

EPiſtola tua mi Brixi,nō ſīplicē mihi volupta
tē attulit. Nā primū ſuauiſſime cōſuetudinis
q̄ mihi tecū fuit Venetiæ, mox patauij, me
moriā mihi magna cū voluptate renouauit. Deīde
declarat,te nō ſolū incolumi eſſe valetudine, verū
etiā fortunis auctū, ac dignitate:quare q̄d nunci-
ari poterat optatius? Poſtremo palam arguit, quam
tecum ipſe feliciter certaris,id videlicet agens vt cū
iam olim vena carminis eſſes feliciſſima, parem

in orationeproſa facultatem obtineres. Quod atti
net ad laudes, quas tu τὰ ἐν ἀμφοῖν in me congeris
facile boni conſulo, ſi modo tam amas immodice: q̃
non modice prædicas. Tametſi ne quid mentiar, exi
mij præſulis Stephani Pōcherij, Franciſci Deloini.
Gulielmi Budęi laudes, non paulo maiore cū volu
ptate legi, q̃ meas. Me vero dum doces quātum de
beam epiſcopi ſtudio, quātū literarum proceribus
Deloino, & Budęo: gratum eſt, quod officij quoq;
mei me cōmonefacis. Cęterū quo prolixius me lau
dant iſti, hoc magis deterrent ab adeūda Gallia. Nā
qui auſim venire tam onuſtus, vt iſtis tam magnifi
cis præconijs ſcirem eſſe reſpondendum? Mihi ſem
per arriſit Gallia: neq; clam eſt quam hic inuiſæ ſint
bonæ literæ τυραννευόντων μοναχῶν τινῶν ψευδου
υμῶν καὶ ματαιολόγων qui facile Paphlagonibus,
ac Midis imponunt. Sed adhuc neſcio quibus com
pedibus me meus alligat genius. Ampliſſima ſunt
fateor, quę mihi liberaliſſimi regis nomine deferun
tur: apud me tñ plus habet momenti tam inſigniū
virorū familiaritas, q̃ regium autoramētum: qñqui-
dem & hāc veſtro nomine pro ſe quiſq; pollicemi
ni. Fortunam iſtā iterum atq; iterū tibi gratulor, tā
amplā, vt putes vtriſq; nobis ſuffecturam, quando
quidem ĩuitas ad eius conſortium. Rumuſculus qui
dam, incertum quo authore natus, apud nos ſparſit,
te offenſum epigrammatis Thomę mori: neſcio qđ
moliri dentati libelli aduerſus illū. Id nequaq̃ facies
eruditiſſime Brixi, ſi quid omnino audies Eraſmum
Neq; tamen iſtuc perinde illius cauſa nolim, q̃ tua
Si Morū penit⁹ noſſes, fatereris nihil vſquā gentiū
eſſe dignius tuo amore. Cur leſit? inquies. Non ſcri
pſit illa in Brixium, quē non norat: ſcripſit in Gallū,
& ſcripſit in medio bello. nunc æquū eſt harū rerū
memoriā: poſt arctiſſimā pacē ĩter duos populos ĩ
nitā, penit⁹ ĩter vos aboleri. Expedit aūt & publico

bonarum literarum nomine harum myſtas inter ſe
ſe συγκρητίζειν poſteaq̃ tam odioſe conſpirant οἱ
μισόμουσοι Poſtremo, nolim eos inter ſe diſſentire
quorum vtrumq; pari complector amore. Hic ſcio,
clamabis me pluſq̃ Diomedē agere, qui tam proli-
xæ epiſtolæ, tamq; diſertę tribus verſibus, ijſq; in-
cōditis reſpōdeā; ſed æquior eris nobis ſat ſcio, ſi co
gites mihi cum maximis voluminibus rem eſſe, ſi q̃
reputes, vnus q̃ multis reſpondeam pene quotidie.
Bene vale. Louanij. Anno M.D.XVIII.

## ERASMVS ROT. IOANNI FAL- CONI SVO S.D.

## EPISTOLA IOCOSA.

TV caue ſalutem a nobis expectaueris. Deuo
ueo te, quoties tua mihi conuicia ī mentē veni
unt. quoties toruos illos oculos animo cōtueor, quo
ties os illud, ad meras contumelias cōpoſitum. Itaq;
amare te plane non poſſū. Minus quidem odero, ſi
bonas literas lucellis tuis præponere poteris. Fata
mea me hactenus ꝑſecuta ſunt. Iter eni habuimus
ad prodigiū vſq; aſperum, atq; ſæuum: cætera Bat
ti mei ſatis debeo. Nā dominę candorē, beneficentiā
humanitatem. comitatē, modeſtiā ſi tibi perſcripſe-
ro, cū vix aliquā eſſē partem oratione conſecutus,
mēdaciſſimus tn̄ viderer ei, qui ipſe expertus non
eſſet. O te miſerum, qui me ſequi ſis grauatus. Quid
te fuiſſet beatius? Sed gaudeo tuā ſuperbiā tibi no-
cuiſſe: poſthac ſape, poetas fuge, & lanios ſequere.
breui iſtic adero, ſi ſuperi adiutabūt. Tu & quæ ha
bes ſerua, & quæ potes cōtrahe, ne quid in mora ſit
vbi venero. Finē īponā epiſtolæ, ſi te paucis monu
ero. Fruſtra ſapit q ſibi non ſapit. Mirare literas, &
lauda, ſed lucrum ſequere. Caue tibi ipſe diſpliceas:
ea res, formæ venuſtatē obſcurat. Cutē ante omnia
cura. Omnia tuis commodis poſtpone. Amicitiam

tua cauſa cole. Eruditionē parce attinge. Ama ardē ſtude modice. Verborum prodigus, pecuniæ parcꝰ eſt. Plura monendus eras. Sed vale eſt, aulico ritu, dñe dicendū, & cras in Hollandiā auolo. Meliorem veſtē domi relinquo. Scis quāobrē? Timeo ne ſorores eā tuę lacerent. Eſt enī mihi Antuuerpia faciundum iter. Nunc vide, nū nihil in me ſit ſalis, & tu ſapias ſolus? literas tuas adeo nō expectabo, vt haud ſciā, an has ipſe ꝑuertā. Tu tibi viue, & vale tibi, & te ſolum: quod facis, ama. Ex arce Tornenhenſi, tertio Nonas Febru. Anno M.CCCC.XCVII.

ERASMVS ROT. D. RICHARDO VVITFORDO. D GVLIELMI MONTIOIA SACRIS S. D.

COpioſiſſimā a dte epiſtolā ſcribere, geſtiebat animus, Richarde cādidiſſime, ni & otiū deeſſet, & ꝓpediē vos ipſe viſere decreuiſſē. Nō purgabo me ꝙ antea nō ſcripſeri: corā eā cauſā agere malo, & abſolues me ſpero. De tuo, comitiſꝙ candore plurimus & frequēs cum meo Batto mihi ſermo fuit. De vrō qdem aīo gaudeo, at tā ſero eſſe cognitū doleo. Nos vbi patriā viſerimus, iſtuc cōtinuo recurremus: tum plenis (vt aiunt) buccis nugabimur. Interī cura vt bn̄ valeas, teꝗ tua philoſophia oblectes. Priori apud diuā Genouefā, Gulielmo canonico ὁμοτραπέζῳ cōterraneo tuo meis ṽbis ſalutē dices: ꝑter ea familiaribꝰ reliquis noīati.

ERASMVS CORNELIO CANONICO DOCT. S. D.

ADeone ſuperbū te Gallia remiſit, vt plebeios amiculos faſtidire cœperis? Satrapis ſcribis, Eraſmo nō ſcribis. Quo meo merito? Sed habes cauſā ꝓbabilē, & haud ſcio an verā. Nihil minus opinabar (inquis) ꝙ te in Francia rediiſſe, quitū certo conſilio in Italiā iter parabas. Age nihil refel-

ho,accipio cauſã,mõ hoc dãni,q̃ verboſiſſima epi-
ſtola ſartias.Noui ꝙ ſcriberẽ nihil erat. Me tui eſſe
amantiſſimũ,vetus eſt.Boſchio q̃d acciderit miror
iã pridẽ eni ab eo nihil reddit.De noſtro receſſu hic
muſſat.Tu fac,de toto tuo itinere,rerũq; tuarũ ſta
tu vt ſciã.Si quid hic meo ſtudio,cura,diligentia,ꝑ-
ſtari poſſe iudicabis,id ꝓ tuo iure audacter a me fla
gitabis.Meã dignitatẽ ne tibi cõmendem,arctiſſima
noſtra & vetus neceſſitudo poſtulare videt.Guili
elmum meũ,imo tuũ,tuis monitis excitare ne deſi-
nas,vt aliquid ſe dignũ moliat.Meis de rebus certi
nihil ſignificare potuicum oĩa penderent.Valemus
adhuc & te vehementer amamus. Petrum noſtrũ
ꝙ facis,facq̃ arctiſſime cõplectare.Si in his q̃ tibi ꝓ
noſtra neceſſitudine ĩpartij,vt Harpocrati ſatiſfa-
cias,admoneã,videbor parũ recte de tua fide,deq;
tuo in me aĩo ſentire.quanq̃ ſint qui te neſcio quid,
inſimulent,tanq̃ meã abſentis dignitatem parum in
tegra fide fueris tutatus.Mea vero ſic eſt de tua inte
gritate confirmata opinio,vt de me ipſo ſim,priuſq̃
de te,dubitaturus.De nobis hoc tibi perſuadeas ve
li Eraſmũ tui amantiſſimum & eſſe,& dum viuet
fore.Bene vale.Luteciæ.An.M.CCCC.XCVII

ERASMVS CHRISTIANO S. D

NOn tu Eraſmi calamum metuis,tã audacis ti
bi facinoris conſcius:quippe qui Henricum
delicias meas a me diſtraxeris. Deſeruit me
& Robertus Anglus,ſed alia longe ratione: ſum-
ma nimirum perfidia,ita vt illum decuit. Sed extra
iocum:conſilium veſtrum non modo iniquo ani-
mo non fero,verumetiam vehementer probo.Cõ
ſultius enĩ eſt ſarcinaã maiorẽ abijcere,q̃ ſub onere
iniquo cõcidere:illius virtuti pinde vt meq; gratulor
Tu fac fratrẽ imiteris & Eraſmũ vel abſentem dili-
gas.Rodolphum angium

neas velim, vt & meis literis, & ſuis promiſſis ſatiſfaciat. Bene vale.

## ERASMVS GVLIELMO MONTIOIO, S.D.

SAlue vero noīe Montioie. Deprecatione vtēdū erat, ſed purgatione vti malui. Crimē admiſſū agnoſco, ꝙ hodie vos lectione fraudauerim ſed neceſſitas ī cauſa fuit, haud voluntas. Cogor duos tabellarios ſimul literis onerare. Tu caue ſtatum transferas, & falſo neceſſitatē a me ꝑtentā obijcias. Tū enī qui rei erat, actoris fiet, & ꝗ iuriſdicialis, cōiecturalis aut certe definitiuus erit, vt q̄rat, ꝗd ſit neceſſitas. Sed vide callidū defenſorē, cauſā meā ago, nondū ī iudiciū vocatus, ſed vt nullo accuſāte, me ipſo & defenſore & iudice abſoluar. Bene te valere, & Muſis quam chariſſimū eſſe iubeo.

## ERASMVS D. IOANNI BRVXELLENSI S.D,

EGo vero, quodnā ad te ſcribendi initiū capiam, prorſus hæreo: nec quem incuſem, ſcio, quorundam ne hominum, quos tu plus ſatis noſti perfidiā an Antoniæ ineptam argutiam an meā potius credulitatem? Sed tota hac de re muttire ſatius. Hoc vnū dicā, me pro meo officio ſūmam inuidiā vndiq; cōtraxiſſe. Itaq; ex illis ędibus Eraſmus exulat, alij regnāt, inuita qdē, vt ſuſpicor, Antonia. Sed hęc corā melius. Interī fac antiquū iſtum animū in nos obtineas: oēs quibus cū iſtic viximus noīatī meis verbis ſalutabis diligēter. Seorſū aūt D. Vicario me etiā atq; etiā cōmendabis, Bñ vale, noſq; mutuo dilige: Lutetię. Anno m.cccc.xcvij.

## ERASMVS NICASIO SACELLANO CAMERACENSI SVO. S.D

QVāq̃ antea mihi literarū noīe chariſſimus eſſes, Nicaſi doctiſſime, difficile tñ dictu fuerit quantus cumulus meo in amori, ex illo ne

ſtro conuictu acceſſerit. Antea me tibi deditiſſimū habebas,nunc multo deuinctiorē. Sed ſuſpecta quędā res eſt,verbis beneficiū rependere. Tu ſi mei in te animi periculū facere velis,aliquid viciſſī oneris īpone. Nullā ſarcinā tā grauē,tā moleſtā inieceris, q̄ mihi tua cauſa non leuiſſima,nō etiā iucunda videat̄. Epiſtolā tuā reddidi diligent̄. Thomā Gameracenſē tuo noīe ſaluere iuſſi. Tu,ꝙ es pollicitus fac pręſtes, vt ad me q̄ ſępiſſime ſcribas. Michaelē Pauiū p̄ceptorē meū,noīatim vero illū hoſpitē,virum (ita me deus amet) epiſcopatu dignū,cuius nomen excidit. humanitas,comitaſq;,qua me iſtic tractauit nec excidit,nec excidet vnq̄: meis verbis ſalutabis accurate,& tuo more,hoc eſt diligentiſſime grās ages Bene valere te cū tuis oībus p̄cor. Pariſijs. poſtridie Idus Decemb. Anno M CCCC.XCIX.

## ERASMVS IACOBO BATTO S.D.

SAlue meū p̄ſidiū iucūdiſſime Batte. Si domina Veriana valet,quondā tua,nunc mihi tecū communis patrona,& ſi oīa illi ſūt ſecunda,ita eſt vt & optamus,& cōfidimus. Literis cōmittere nec poſſi: ſi audeā: nec auſī: ſi poſſim,q̄ ſcire cupiā num illa iā iſtinc euolarit,num ſua chariſſima pignora vna ſecū abduxerit. O te beatū: o ſuperis charū: ſi tu iſtos ſcopulos enauigaris: ſi felicitate tua: q̄ mihi quidem ſūma: videt̄: ſine inuidia frui poſſis. Q vt fore confidā: dominę virtus facit: cui ſuperos oēs propitios: bn̄q; volentes eſſe non dubito. Euenit mihi mi Batte: in iſta ꝙ in te ſępe numero ſolet: vt tum ardenti⁹ amare. mirariq; incipiā. quū abſī. Bone deus. qui cādor: q̄ comitas ī ampliſſima fortuna: q̄ animi lenitas in tantis iniurijs. q̄ hilaritas in tantis curis: tum q̄ animi cōſtantia. q̄ vitę innocentia. ꝙ in literatos ſtudiū quę in omnes affabilitas: Proīde ita prorſus ſentio mi Batte,te eſſe vnum mortalium omnium feliciſ

ſimum,ſi iſta quã diutiſſime potiri dabitur:& dabit̃ haud dubie,ſi (quod facis)illius in te aĩo,mutuis of ficijs reſpõderis.Nos Antuuerpiam ĩcolumes appu limus.Auguſtinus cum ſuo comitatu iam Pariſios ꝓceſſit:pollicitus eſt ſeſe aliquot dies illic me opperi ri.Quare properandũ mihi cenſeo,ne tam certi co- mitatus cõmoditas ꝑtereatur.Nihil eſt ꝙ te admone am:& tuam enim rebus in meis diligentiã noui & tãta eſt liberaliſſime dñę in me benignitas,vt rubo mihi plane quidã oboriatur, cum aĩo reputo tantę me ab ea bñficẽtia cumulatum,de qua nihil vnquãã ſim meritus.Sed meum erit,etiam atq; etiã cogitare vt non periſſe in nobis illius beneficia declaremus. Reuolabo iſtuc ꝗ primum,ſi ſuperiſſinent. Precor vt vos oẽs incolumes & recte valentes offendam, illam in primis,vnde noſtrum vtriuſq; ſpes,ſaluſq; tota pendet.Non debes tumultuariũ mirari chara- cterem,ſcripſi enim hæc in naui iam ſoluturus, om nibus vndiq; magno fragore perſtrepentibus. Bñ vale.Filium herilem,amabili ĩdole puerum, vna cũ ſorore,ſui matriſque ſimillima, recte valere precor Familiares tuos nominatim meo nomine ſaluere iu bebis.Ex Antuuerpia.pridie Idus Februarias,An- no M CCCC.XCVIII.

## ERASMVS ROBERTO GAGVINO. S. D.

SIngularis tua humanitas,qua nõ minore cũ lau pe vincis omnes quam eruditione, mihi hanc miniſtrat fiduciam,vt tametſi nihil promerit⁹ audeam tamen tuum officium tam libere require re.Eſt mihi cum Macrobio homine(vt ſcis)perquã feſtiuo aliquot dierum colloquium, eum,quæſo vt e tua doctiſſima bibliotheca ad nos ire iubeas. Nam tu quidem in tanta optimorum authorũ copia, Ma

icrobium vnum non deſyderabis,& nos in hac nr̄a
nopia vehementer delectabit. Vale, ac nos tibi iam
pridē dēuinctiſſimos, deuictiores reddito.

## ERASMVS PETRO AEGIDIO S. D.

SCripturus erā ad te, nā ita decreueram mi petre: verum interuenere neſcio quę, quæ propoſitum hoc excuterent. Laurentius,& alia q̄dam collectanea tua, ſunt in tuto, iā q; ad te rediſſent ni mihi conſilium tuum diſplicuiſſet. Nam ſi huc ad paſcha venturus es vt ſcribis, ſine cauſa libros repetis: ſi non es venturus, tum mittenī, vbi videbiſ: nā nihil eſt periculi ne quid pereat, p̄ſertim me aduigilāte. Cum Antuuerpiæ proxime eſſē, pater adiro me volebat dicere neſcio q̄d magnū ac ſeriū: verū erat abeūdum mihi. Suſpicabar agi de re mihi cōmittendo q̄ equidem rē neq; ſuaſurus ſum, ne videar mei cōpendiȷ̄ gratia cupere neq; diſſuaſurus, quum per cupiā tibi prodeſſe,& video quantū poſſi ſi mecū menſes aliquot fueris. Et vtinā patri mēs ea fuiſſet, priuſq̄ iſtinc abirem. Vale,& vndecunq; potes colige Rudolphi Agricolæ opuſcula, tecunq; deporta. M, Ioannes, Gorgumenſis ſalutem multā iuſſit tibi aſſcribi. Luteciæ. Anno M.D.III.

## ERASMVS AMICO CVIDAM.

PEr tuam humanitatem N. iucundiſſime: obſecro vt mihi ignoſcas, quod neque multa, neque digna te, tibi ſcripſerim: Crede mihi, volūtas ardentiſſima erat, ſed ī luctu iocoſa ſcribere, per difficile eſt. Nondum me collegi, nondum ad me rediȷ̄, conor tamen muſis adiutricibus, aliquid te dignum tibi dedicare. Verum ne me interim tantillum laboris tua cauſa defugiſſe putares, impetraui, vt potui animo meo, ac dyoniſiolam noſtram

ſum imitatus,q̄ nõnunq̄,vt ſis cū lachrymis canit ac ſaltat. Vbi in antiquū animū rediero, nihil a me fruſtra petes,ꝙ quidē præſtare queā. Te pro noſtra neceſſitudine hortor,vt toto aīo literis incumbas,nihil dubitans quin bonā partē ſis aſſecuturus:quas ſi amabis,me odiſſe non poteris. Hortor igiť te,nõ ſolū tua cauſa,verūetiā mea. Bñ te valere cupio. Omnes tuæ familiæ recte valere precor.

## ERASMVS CVIDAM.

QVod priſtinā meā ſcribendi conſuetudinē intermiſſā miraris,nihil eſt ꝙ ſuſpiceris mali:neqꝫ enim (quod ſemper fui) amantiſſimus eſſe deſij. Bene vale.

## ERASMVS CVIDAM.

VBi noſtrū N. iſtuc iturū intellexiſſem nolui inanem venire,p̄ſertim qui me obnixe rogaret,vt ſeſe apud te cõmendatum facerē obſecro itaqꝫ vt eum pro tua veteri cõſuetudine tractes Non clam me eſt,nec ille quidē ignorat quantū poſſis quantūqꝫ mea cauſa velis. Effice ne vel illū ſua ſpes,vel me mea de te opinio fallat. N, quidem tibi nouū amicū cõparaueris,me vero arctiꝰ deuīxeris. Vale.

## CVIDAM

CRebrius ad te ſcripſiſſē N. humaniſſime. ſoleo enī huiuſmodi officiorū genere cū amicis perlibēter vti:verū verebar,ne ſi aut tua ſtudia interpellatione mearum literarū interturbarē, aut non ꝓinde ijſdē officijs delectarere, īprobus potius q̄ beneuolus videri poſſē. Nunc certe continere me diutius nequaq̄ potui:dicā enī ſiplicitér,nõ ꝙ ocio abundarē,ꝙ vnum ī totū mihi interdixi,ſed ne conſuetudinis intermiſſio,de priſtina mea in te beneuolentia quicq̄ minuiſſe videreť. Ita enim de te prorſus ſentio mi N. vt ni tu me ſingulari aīo cõple

cæteris,tota errē via.Quid rerum faciā rogas? Amicis operā do,horum cōſuetudine gratiſſima memet ob lecto.Quos tu tandē amicos mihi iactitas, inquis, homuncio leuiſſime:an quiſq̄ te viſū aut auditū ve lit:Equidē nō diffiteor fortunatorū amicos eſſe plu rimos:atnec pauperibus deſūt amici,& qdē iſtis nō paulo tum certiores,tū cōmodiores.Cū his me con cludo in angulū aliquē:& turbā ventoſā fugiens. aut cū illis dulcia qdā muſſito,aut eos aliquid inſuſur rantes audio cū his nō ſecus ac mecū loquor.An qc q̄ his cōmodius?arcana ipſi ſua celant nunq̄,cōmiſ ſa ſūma cum fide continent:nihil foris q̄ liberius in ter familiares effundere ſolemus,renunciant:vocati pręſto ſunt,inuocati non ingerunt ſeſe.iuſſi loquūt̃ iniuſſi tacent:loquunt̃ q̄ voles.quantum voles,quo ad voles.nihil aſſentant̃.fingunt nihil.diſſimulant, vitia tua tibi libere indicant nemini obtrectant:aut iucunda dicunt aut ſalutaria:ſecundis in reb⁹ mode rant̃:conſolantur in afflictis:cum fortuna minime variantur:in omnia pericula te ſequuntur:ad extre mos vſq; rogos ꝑdurant:nihil illis inter ipſos candi dius.Cōmitto ſubinde ,nunc hos:nunc illos mihi ad hiſcens.oībus æquus.Cū his amiculis optime N,ſe pultus deliteſco.Quas ego tandē opes:aut q̄ ſceptra cum hac deſidia cōmutauero:verum ne nr̄a te fallat metaphora :quicquid de amiculis hactenus ſū locu tus:de libris dictum intelligas:quorū familiaritas me plane beatum effecit. hoc ſolo infortunatū: qꝺ nō te cum mihi hęc felicitas cōtigerit, Te:quāq̄ nihil op⁹ hortari nō deſinā:vt toto aīo ꝑclara ſtudia cōplecta ris:ne quid plebeium: ne quid mediocre mireris :ad ſūma ſēper enitere.Spero futurum aliquādo:vt me & fideliter:& amanter cōſuluiſſe:non ſemel fatea ris.Cōcepi de facetijs:prouerbijs:ſententijs q̄ nego cium:deguſtamenta quędam ad te dedi:quorū plus

tria milia me annumeraturũ breui confido, opus, vt auguror, tum gratioſum, tum p utile, hactenus a nemine tentatum. Q. ſi tibi cordi eſſe intellexero, erit cur & libentius, & ardentius eum laborem ſuſcipiã. Interim vale, noſq; quod facis, ama.

## ERASMVS AVGVSTINO S. D.

ITa ne vt medico tuo neſcio cui, gratificeris, me vnico tedij mei ſolatio ſpoliaſse nã munere qdẽ: non audeo dicere. Ego quidem ita huius autoris ardeo amore, vt cum intelligere nequeã, aſpectu tñ ipſo recreer, ac paſcar. Cęterũ vehementer iniquũ ratus tibi vlla in re, vel parum ęqua aduerſari, pſertĩ ĩ rebus afflictis. Homeri partẽ ad te mitto, vt medici iſtius improbitati ſatiſfiat, & ne ego oĩ ſolatio deſtituar. Nã ita quidã cum M. Iacobo viuimus, vt ſoli viuamus. Itaq; miſer expecto, donec in priſtinam cõſuetudinem redeamus: id quidem propediem futurum video, qñquidem audio adoleſcentulum vehemẽter recreatum. Interim te oro vt vel literis mutuis, mutuam quãdam cõſuetudinem imaginemur. Nõ poſſum te exorare, vt epiſtolarum opus mihi mittas, cum tanti mea interſit, & tua nõnihil. Q. ad Iacobũ pertinet, ego quouis periculo obligabo me illi ne literã quidem cõmunem facturum. ita aſſueſci hoiẽm, vt quid agã, ne reſpiciat quidem. Salue, vale chariſſime Auguſtine. nr̃am cõmunem fortunã ſuſtine aĩo quo ſoles Salutat te tuus Iacobus, & hoc noĩe meus quoq; quia tuus Epiſtolarũ opus expecto, ſi non totum, at certe codicem vnum, aut alterum, vt auſpicari ſaltẽ liceat, & hęc opus interĩ videt a me abſolui poſſe: nam reliqua, ſine ſumma librorum copia qui perfici poſſint, non: video Cura vt valeas optime Auguſtine.

# ESAMVS ROTERODAMVS AVGVSTINO SVO S.D.

DE meo in te animo, ex literis quas, iſtic reliqui, potes cognoſcere. A bimeſtri pene peregrinatione, vix demum apud Battũ noſtrum conſedimus. Crebri huc rumores adferuntur peſtem iſtic populari omnia. Quod ſi tu e re tua ducis eſſe, vt huc cõmigres, id quod ſcripſi, ipſa re comperies. Caue ſuſpiceris meam iſtinc migrationẽ vlla cum maleuolentia dolo ve fuiſſe coniunctam Emoriar, ſi ante hac vnq̃ perinde nolens reliqui Luteciam: ſed crebra me funera territabant. Quod ſi propter veteres offenſas, nonnulla animum tuum habet ſuſpicio, nr̃i periculũ facito, intelligas faxo, ſic te a nobis amari, vt antehac friguiſſe videamur. Toto itinere nihil vſquam de tuo reditu potuimus cognoſcere, id quod partim dolebam, partim etiam mirabar. Tandem Antonius quidam narrabat audiſſe ſe quendam, qui te Lubeci a ſe viſum conuentumque affirmaret vel hoc argumento, quod Laurentianas elegantias a me quondam concinnatas in compendium tibi tradidiſſet. Nec ad hunc vſque diem, vel certus vel incertus huc rumor allatus eſt te Luteciam reuertiſſe, eoque ſcripſimus tum breuius, tum neglectius, ne maioris operę aleam tẽtaremus. Tu ſi iam reuerſus es: ſaltem de toto tuo itinere reliquiſque fortunis, epiſtolam quam longiſſimam texito. Rudolpho tuo multis de cauſis q̃ cõmẽdatiſſimus eſſe cupio. Nicolaũ, reliquoſq; diſcipulos tuos optĩe de me meritos, meis v̾bis ſaluere iubebis. Tu cura vt valeas, huc ſi aduolas: q̃q̃ hoc vix

audeã ſperare:nihil polliceor verbis:re faciã q̄cũq̃ digna ſunt gratiſſimo hoĩe:atq̃ amantiſſimo. apud ſanctum Bertinum. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo octauo.

# ERASMVS ROBERTO PISCATORI AGENTI IN ITALIA ANGLO S.D.

SVbuerebar nõnihil ad te ſcribere Roberte chariſſime:nõ quod metuerẽ:ne quid de tuo in nos amore tanta tẽporum:locorũq̃ diſiunctio detriuiſſet:ſed q̄ in ea ſis regione vbi vel parietes ſint tũ eruditiores:tũ diſertiores q̄ noſtrates ſũt hoĩes: vt q̄ hic pulchre expolitũ:elegãs venuſtũ habet: i ſtic nõrude:nõ ſordidũ:nõ iſulſũ videri nõ poſſit. Quare tua te expectat prorſus Anglia:non mõ iure conſultiſſimum:verumetiã latine:græceq̃ parit̃ loquacem. Me quoq̃ iampridem iſtic videres. niſi comes Mõtioius iã ad iter accinctum in Angliã ſuã abduxiſſet. Quo enĩ ego iuuenem tam humanum: tã benignum:tã amabilem nõ ſequar?Sequar:ita me deus amet vel ad inferos vſq̃. Ampliſſime tu q̄dẽ mihi eum p̄dicaras:graphiceq̃ prorſus deſcripſeras. at vicit quotidie:mihi crede:tuã p̄dicationem:& meã de ſe exiſtimationẽ. Sed q̄d Anglia nr̄a te delectat:i quis?Si q̄d mihi eſt apud te fidei:mi Roberte: hanc mihi fidem habeas velĩ:nihil adhuc ęque placuiſſe. Cœlum tũ amœniſſimum: tum ſaluberrimum hic offendi:tm̃ autẽ humanitatis: atq̃ eruditionis: nõ illius protritę,ac triuialis:ſed reconditę: exactę: antiquę,latinę:greceq̃:vt iã Italiã niſi viſendi gratia: haud multum deſiderẽ. Coletum meum cum audio Platonẽ ipſum mihi videor audire. In Grocino quis illum abſolutum diſciplinarum orbẽ nõ miret̃?Linacri iudicio quid acutius,quid altius?quid emunctius Thomæ Mori ingenio quid vnq̄ finxit natura vel

mollius: vel dulcius, vel felicius? Iã qd ergo reliquorum catalogum recenſeã? Mirum eſt dictu q̃ hic paſſim: q̃ denſe veterum literarum ſeges effloreſcat: quo magis debes reditum maturare. Comes ita te amat: ita meminit: vt de nullo loquať ſæpius: de nullo libentius. Vale. Londini: tumultuarie. Nonis decẽbribus

## ERASMVS GVILIELMO MONTIOIO COMITI GENEROSO S.D.

SI tu: tuaq; generoſiſſima cõiunx ſocer humaniſſimus. reliquaq; familia: valetis: eſt cur maximo pere gaudeamus. Nos hic quidẽ valemus perbelle: & indies bellius. Dici non poteſt: q̃ mihi dulceſcat Anglia tua: idq; parti conſuetudine, q̃ oĩa dura lenire ſolet: parti Coleti, Charnociq; prioris humanitate quorũ moribus nihil fingi poteſt ſuauius mellitius, amabilius, cum his duobus amicis ego vel in extrema Scythia viuere non recuſẽ. Id q̃ ſcripſit Horatius & vulgus interdum videre verum res ipſa me docuit: cuius hoc tritum noſti. Quarum rerum duriſſimi ſoleãt eſſe aditus, eas felicius euenire. Quid noſtro illo ingreſſu fuit vt ita dicã, inauſpicatius? At nũc ſecundiora indies oĩa. Euomui tędium omne, quo me quondã nauſeantẽ videbas. Qđ reliquum eſt, te oro meũ decus, vt qñ tũ quũ meus me animus deficeret, tuo ſuſtinuiſti: nunc quum meus mihi non deeſt, tuus ne deſtituat. Qđ ad diẽ p̃finitũ non veneris: expoſtulare tecum nec libet, nec iure me poſſe puto. Quid te retardarit equidem neſcio: hoc vnũ ſcio, q̃cquid fuit, legitimũ quiddã & iuſtũ fuiſſe, quare venire nõ potueris: nã voluiſſe nihil dubito, neq; enĩ vllã video cauſã cur iſtud fingere volueris, & ea eſt generoſiſſimę mentis tuę ingenua ſimplicitas, vt maxima etiã de cauſa mentiri nec ſcias ſi velis, nec velis ſi ſcias. Nõ eſt meum te vel hortari: vel dehortari: imo dehortari potius. Qđ tuę te res hoc

tantur id ſequere. Nos ita te deſideramus, vt interī
te tuis commodis inſeruire velimus. Si breui ventu
rus es, gaudemus: ſin qua res te retinet, mõ incõmo
di nihil ſit. vt hactenus fecimus, æquo te animo ex-
pectabimus. Pecunias meas annulo tuo diligenter
obſignatas mitte. Priori iam ſum multis noĩbus ob-
ęratus: miniſtrat ille quidem tum benigne, tũ prom
pte. Verum qñ ille humaniſſimi hoĩs officio functꝰ
eſt, par eſt nos inuicem gratorum hoĩm munere fũ-
gi: & quam ille libenter dedit, tã nos libenter redde-
re. Vt rara ſupellectile, ita bonis amicis parcius vtẽ
dum eſſe cenſeo. Si quid iſtic nouatum eſt, facito me
per literas certiorem. Bene vale. Oxonię. Anno M.
CCCC.XCVIII.

ERAMNS ARNOLDO BOSCHIO. S.D.

COmpluſculas iam epiſtolas eodem prope te
nore abs te recepi. Qꝛ me tibi ſuſpicaris iratũ
ni ſine cauſa faceres, ferrẽ profecto iracunde,
de hoĩe tui amantiſſimo, tã non amanter ſenſeris
Vale.

ERASMVS BATTO SVO S. D.

VIde quantum maledicendo, valeas vnica tã
tum epiſtola victus, do manus, harena ce-
do, in Angliã vſq; profugio: hic certe me a
tuis conuicijs tutum fore confido. nã ſi me per ſe-
qui voles, alter tibi abeundus erit orbis, & pigritiã
probe noui tuã, qua tametſi medijs in fluctibus eſ
natus, nihil tñ peius odiſti fluctibus. q̃ ſi huc quoq;
tuę conuiciatrices epiſtolę penetrabunt, audio in vl
tima Britannia Orchadas eſſe inſulas: in has aufugi
am, etiã ſi quid eſt Orchadibus remotius, vel ad An
tipodas vſq;. I nunc, & de glorioſa victoria magni
ficum triumphum agito. Bene vale. Pariſijs. Anno
M.CCCC.XCVII.

# ERASMVS FAVSTO ANDRELINO PO ETAE LAVREATO S.D.

DEum immortalē, quid ego audio? Ita ne Scopum noſtrum repente e Poeta militē eſſe factum, ac pro libris horrida arma tractare? At quanto melius cum Delio Volſco (ſic eni ſe nominauit) depugnabat? quem ſi confeciſſet, bone deus quantus triumphus hoiēm manebat. Nos quoqꝫ in Anglia nonnihil promouimus. Eraſmus ille, quē noſti, iam bonus propemodum venator eſt, eques nō peſſimus, aulicus nō īperit⁹, ſalutat paulo blādi⁹ arridet comius, & inuita Minerua hæc oīa. Quid mea? ſatis procedit. Tu quoqꝫ ſi ſapis huc aduolabis Quid ita te iuuat hoēm tā naſutū inter merdas Gallicas conſeneſcere? Sed retinet te tua podagra, vt ea te ſaluo, pereat male: quāq̄ ſi Britanniȩ dotes ſatis ꝑ noſſes Fauſte, ne tu allatis pedibus huc accurreres, & ſi podagra tua nō ſineret, Dȩdalum te fieri optares. Nā vt e plurimis vnum quiddā attingā, ſūt hic Nymphȩ diuinis vultibus, blandȩ faciles: & quas tu tuis camœnis facile anteponas. Eſt præterea mos nūq̄ ſatis laudatus: ſiue quo venias, oīm oſculis excipieris: ſiue diſcedas aliquo, oſculis dimitteris: redis, reddunt ſuauia: venit ad te, ꝓpinant ſuauia: diſceditur abs te, diuiduntur baſia: occurritur alicubi, baſiantur affatim. Denique quocunque te moueas, ſuauiorum plena ſunt omnia. Quæ ſi tu Fauſte guſtaſſes ſemel quam ſint mollicula, quam fragrantia, profecto cuperes non decennium ſolum, vt Solū fecit, ſed ad mortem vſque in Anglia peregrinari. Cȩtera coram iocabimur: nam videbo te ſpero, propediem. Vale ex Anglia. Anno M.CCCC:LXXXIX.

## EAVSTVS ERASMO SVO S.D.

FRugalẽ oĩno mihi cœnã poſtulo: nihil volo preter muſcas, & formicas. Bene vale.

## ERASMVS FAVSTO SVO S.D.

QVę malũ, tu mihi obijcis ęnigmata? Nũ me Oedipũ putas, aut Sphingẽ mihi eſſe domi? quanquam equidem ſomnio tuas muſcas, auiculas, formicas, cuniculos velle, verum alias ioca bimur, nunc cœna emenda eſt, quare ęnigmatiſta eſſe deſinas oportet.

## FAVSTVS ERASMO.

NVnc plane intelligo te Oedipũ eſſe, nihil volo pter auiculas, & qdẽ paruulas: de cuniculis abſit. Vale optime ænigmatum interpres.

## ERASMVS FAVSTO SVO. S. D.

VT tu iocoſiſſime Fauſte, eadẽ opera et mihi roborẽ, & theologo illi ſtomachũ excitabas aderat enĩ in eodẽ auditorio. Verum nõ expedit, opinor, irritare crabrones. Bene vale.

## FAVSTVS ERASMO SVO S. D.

FAuſtũ ꝓ ſuo Eraſmo vel emori audacter poſſe qs neſcit? Blaterões iſtos tãti oĩno facia mꝰ quanti culicem elephantus Indicus. Vale Fauſtus inuito liuore tuus.

## ERASMVS GVAGVINO SVO. S. D.

SAlue ornatiſſime vir. Vide quæſo q̃ ſit inſigni ĩpudentia tuus Eraſmus, nunq̃ illi Gaguinus in mentem venit, niſi cũ eget. Opus eſt mihi ad pauculos dies Trapezõtio de rhetoricis pceptionibus (nõ rogo habeas ne: ſcio nihil bonorũ authorũ tibi non eſſe) huius velim mihi tua humanitas copia

faciat. Quintilianum vna cum hoc conferre cupio, vtrunq; propediem ad te ſaluum remiſſurus. Bene vale: ac nos ama.

## ERASMVS LVDOLPHO S.D.

HOc vnum mihi crede Ludolphe optime nõ cõmittam vt munus tuum (ſenſi enĩ abs te profectum) male collocaſſe videaris. Cœpe tã q̃dã ad latine diſcendum mire conducibilia, ea tibi perfecta hinc mittã, deinde nunq̃ deſinã excude e quippiã, ꝙ tua ſtudia poſſit prouehere. Tu mõ maximo aĩo in honeſſimas literas incumbe, ſimulq; doctos viros fouere perge. Bene vale chariſſime adoleſcens. Luteciæ tertio Calẽdas Maias.

## ERASMVS CLARIS. D. NICOLAO DE BVRGVNDIA PRAEPOSITO S. D

SIc te amo, vt meo erga te ſtudio nulla epiſtola non ſit futura breuiſſima: ita ſũ occupatus, vt negocijs meis nulla quamlibet breuis non ſit longiſſima futura. Veteres illi, poetas, & hoẽs eloquentes allegorice cygnos appellabant: neq; id opinor, temere. nã vt hi plumis, ita illi pectore candidiſſimi: vtriq; Phœbo ſacri, vtriq; lympidis amnibus et pratis irriguis impenſe gaudent, vtriq; canori, ſed hodie maxime noſtrate cœlo obmutuiſſe videmus vtroſq; ac ne morte quidem vicina, fieri vocales: in cauſa eſt, vti conijcio, ꝙ authores ſunt phyſici, olorem non niſi ſpirante Fauonio canere. & miramur nunc oẽs mutos eſſe cygnos, cum tot ſpirent Boreę tot Auſtri: nulli Zephyri? Nã mihi quidẽ Britannicus ille Aquilo, vna cum nummis ita vocem ademit vt non lupus ęque poſſit qui te prior viderit. At nõ flant Zephyri, niſi vere ineunte: quare humaniſſime ꝑpoſite: ſi tu dominę Verienſi patronę meę ver fueris, illaq; mihi Fauonius aſpirauerit, ego viciſſim

vtriuſq; cygnus fuero:ita canorus,vt ipſa etiam ex
audiat poſteritas. Nihil habeo neceſſe ænigma euol-
uere,nimirum Oedipo ſcribens,non Dauo. Tm̃ al-
terũ illũ Battum,quem mihi pollicitus es,apud do
minã pauliſper expedi. Bñ vale. Datũ Luteciæ ſe-
ptimo Calendas Februarias .Anno m.cccc.xcv.ij.

## ERASMVS ARNOLDO.

SAlue mi Arnolde. Iã ſeſquimenſẽ grauiter la
boro febri nocturna:lenta quidẽ illa,ſed quoti
diana,q̃me penitus extinxit. Nõdũ ſũ morbo
liber: ſed tñ aliquanto recreatior:nondũ viuo:ſed af
fulget aliqua vitę ſpes. Petis vt tibi aĩ mei cõſilium
communicem:hoc vnum habe, mundũ mihi iãdu
dũ obolere:dãno ſpes meas. Nihil aliud cupio quã
mihi dare ociũ,ĩ quo poſſĩ totus vni deo viuere: de
flere peccata ætatis ĩcõſultę,verſari in ſcripturis ſa
cris,aliquid aut legere aut ſcribere:id ĩ ſeceſſu aut col
legio non poſſũ. nihil enĩ me tenerius, nec vigilias,
nec ieiunia,nec vlla incõmoda fert hęc valetudo:etĩ
amcũ eſt proſperrima. Hic vbi tantis ĩ delicijs viuo
ſubinde in morbũ incido:quid facerẽ inter labores
collegiales? Decreuerã in Italiã hoc anno cõcedere
& Bononiæ aliquot menſes theologiæ operã dare
atq; illic doctoris inſigne accipere:deinde ĩ anno iu
bilæo Romã viſere:quibus confectis ad meos redi
re,atq; iſtic vitam cõponere. Sed vereor ne hæc vt
volumus,conficere non poſſimus. Metuo in primis
ne tm̃ iter & regionis æſtum valetudo hęc non fe-
rat. Deniq; reputo nec in Italiã veniri,nec illic viui
ſine ſummo ſumptu. Ad titulum quoq; parandum
grandi ſumma eſt opus. Et epiſcopus Cameracẽſis
ſat perparce. Omnino benignius amat quã largit,
& prolixius oĩa pollicet quã preſtat ipſe propemo
dum in cauſa ſum qui non inſtem:& ſunt tã multi,
qui vel extorqueant. Faciã tñ pro tempore,qđ vi-

debitur optimum Bene vale. Anno M.CCCC. LXXIX.

## ERASMVS IACOBO TVTORI SVO S.D.

SIc eſt animatus Abbas, vt Diſmã, & Antoniũ a ſermone noſtrate om̃ino procul abeſſe velit. Sic habent res tuæ vt nolis ſine noſtratibus viuere. Quare Antonio Lutzẽburgo, qui toto pectore tibi bene cupit, meq́ʒ authoribus iubet eos in M. Iacobi Danielis familiã remigrare. Tu tñ mi Iacobe tuo amore vteris dabiſq́ʒ operã, vt adoleſcentes q̃ optime, & q̃ maxime ex abbatis ſententia ꝑte nõ fugit, collocentur. Idem Auguſtinum facturum cõfido. Vtriq́ʒ gratum facietis ornatiſſimo, humaniſſimoq́ʒ ꝓſuli. De meis fatis ſcripſi Auguſtino ꝑ Cornelium tabellionem. Poſteaq̃ Battus perijt, quis dubitat & Eraſmum perijſſe? Præterea aũt cęteræ res ſic ſe habẽt, vt peius nõ poſſint. In vna virtute ſpes oĩs ſalutis reliqua. Vale cũ Auguſtino noſtro, quẽ audio tecũ victurũ. E diui Audomori, poſtridie Calendas Iulij.

## ERASMVS GVLIELMO NEBSENO SVO S.D.

EX amicorum literis intelligo iſtic .R.P. Auguſtinũ Nebienſẽ epiſcopum ſtrenue vociferari in Eraſmũ: etiã ſi nõdũ adducor vt credam. Quod ſi verum eſt, longe diſſimili negocio fuimus vtriq́ʒ occupati: ego dũ hic illius candorẽ laudo ille iſtic me traducit. Cõpertiſſimũ habeo barbaros vndiq́ʒ ĩter ſe cõſpiraſſe, nihil intẽtatũ relinquere quo bonas literas opprimãt. Tu caue ne qd ad nos ſcribas periculoſe: nã literę freqũter intercipiũt, ꝑſertĩ q̃ iſtic veniũt. ſiqdẽ hę tuę poſtreme redierũt a Selãdia, et aliis audio, neſcio qd, mihi ſuccẽſere Budęũ

neq; tñ vllam video cauſã cur ſuccenſeat. Nõ dubito quin iſtic, vt par eſt, fiat plurimi. at vix crediderĩ eſſe, qui de Budeo candidius ſentiat, aut honorificẽtius loquatur q̃ Eraſmus etiãſi maior ille, q̃ vt nr̃o egeat p̃conio. Prouocarat ad conflictationẽ literariã & mihi viſus eſt liberis iocis ĩpendio delectari, at p̃ximis literis offenſus reſpondit epiſtola ſatis Francica, ne quid aliud dicam, imo non reſpondit. τί γὰρ ἔχει πρὸς ἔπος Proinde in hoc argumento diſerti eſſe noluimus, etiam ſi mihi p̃ſuaderi nondum poteſt illũ iraſci ſerio. Sic illi viſũ eſt noſtrę lenitatis facere periculũ, aut ſuo certe aĩo morẽ gerere. nã qui ob leues cauſas amicus eſſe deſierit, is, mihi crede, nunq̃ ex aĩo fuit amicus. Bene vale. Neſene chariſſime. Mechlinię. XII. Calẽd. April. Anno M.D.XIX.

## ERAMVS ROT. IOANNI DRACONI SVO S. D.

LAudũ mearum encomium decantaturus, & ſtili veniam poſtulas, & adulationis ſuſpicionem deprecaris. Mihi vero perplacuit dictionis fluxus & perſpicuus, & facilis, preſertim in iuuene: quę res facit, vt mihi de te rarã quãdã eloquẽtiã pollicear. Porro nihil eſſe cauſæ video, cur mihi quiſq̃ vel inuideat, vel aduletur. Q. enim futurum ſit adulationis p̃mium? Quanq̃ aũt iſtiuſmodi laudes quas mihi quorundam vel ſtudium vel candor tribuit, non leui me onerant inuidia, tñ amorem vnde proficiſcuntur, non poſſum omnino reijcere. atque vtinam aliqua ex parte vera eſſẽt, quę tu commoda narras ex meis ſcriptis orbi Chriſtiano cõtigiſſe. Nã quis ego ſum vt magnã aliquã vtilitatem orbi preſtare queã? etiam ſi conatus ſum meum quantulumcunq; talentum in domini mei lucrum impendere, ſi ſucceſſus defuit, voluntas bona non defuit. Quid nã nimis odioſe reclamant; alij rurſum immodice

probant. Illorum virulentas obtrectationes nõ mereor, horum laudes nõ agnoſco: Ego interi me meo metiens pede, neq; creſco laudibus, plauſuq; fauentium: nec omnino deijcior peruerſitate obtrectãtiũ conſolans interim meipſũ recti conſcientia, ac vigiliarum mearum premium a Chriſto expectans: ſi parum grati ſunt hoẽs quã͡q video meos conatus optimo cuiq; probari, ἀλλὰ πλείονες οἱ κακοί. Quod Erfordiẽſis academiæ publico nomine mihi ſtudiũ illius ac fauorem, & in preſentia teſtaris, & in poſterum offers, vehementer fuit gratum a tam inclyta ſchola probari: neq; enim ſic amarent, niſi probarẽt. Vtinam Eobanum tam non pœniteat ſuæ ad nos profectionis, quam ego gaudeo mihi contigiſſe viri tam eruditi, tã facũdi, tam probi, tamq; bene morati notitiã etiã ſi ipſe hoẽm parũ humaniter accepi videlicet id temporis occupatiſſimus, quã͡q nunquã nõ ſum occupatus. Bñ vale Draco chariſſime. Louanij. Anno M.D.XIX.XIIII. Calẽdas. Maias.

ERASMVS ROTE. EVRICIO CORDO LVDIMAGISTRO.

VTinam tam facile liceat omnibus mutuis literis, vt amore mutuo reſpondere, non committerem, vt quoq; in officio viderer iferior nunc qñ vnus a tam multis laceſſor, cogor in altero cedere: preſertim cum preter viciſſitudines literarũ quæ mihi non minimam temporis adimunt portionem: & tot alioqui ſtudiorum laboribus degrauer, ne quid imputem interim, quod opere refellendis obtrectatorum calumnijs datur. An aliquos, vt ſcribis Chriſto lucrifecerim neſcio, quã͡q a multis hoc nomine mihi aguntur gratiæ, certe conatus ſum, atq; vtinã meipſum Chriſto lucrifeciſſem. Etiam atq; etiam noſtrę gratulor Germanię, quam video in dies magis ac magis melioribus literis manſueſcere

ac ſyluestre ingenium exuere. Q. Erfordiæ ludum literarium aperis. vt felix fauſtumq́ ſit pcor. Academiam multis nominibus celebrem, reddes induſtria tua celebriorem: ſed quo alacrius verſeris in iſto munere, fac memineris ſecundum principes & epiſcopos, nemine magnificētius poſſe mereri de re publi. q̄ ludi literarij magiſtrum ſi rudibus adhuc, & in quęuis habitum ſequacibus animis mentē inſtillet Chriſto dignā: eaſq́ literas, quę ſemper optimo cuiq́ placuerunt. Q. ſi me audies, plus operę ſumes in propagandis optimis diſciplinis q̄ ī refellendis harū hoſtibus. Ad claram lucem vel ſuapte ſponte euaneſcūt tenebrarum portenta. Eobanum æui noſtri Naſonem ſed caſtum ac pium, meis verbis ſalutabis diligenter. Bene vale cordatiſſime Corde Louanij. Anno. M.D.XIX. decimo quīto Calēdas Maias.

## EASMVS THEOLOGO CVIDAM S. D.

PRæceptor eruditiſſime, video virus hoc obtrectationis indies latius ſerpere, & lethalius reddi tam manifeſta mendatia licentiſſime de me prędicauit N. quidam licentiatus, vt vocant, primū Louanij, deinde Mechliniæ, mox Antuuerpiæ. nec video remedium niſi tua prudentia, atq́ authoritas finem imponat huic malo. De modo, viaq́ conuenerat tecum, & cum Dorpio. Me mea conſcientia non remordet quod ſcriptis meis vſquā offecerim Chriſtiane pietati. Diſſidij cauſa nolim: cauebo pro virili, ne ſim occaſio. Latomus inuitarat, vt rationē rationi opponeremus, id fecimus ſumma lenitate: vt ni moroſiſſimus ſit, offendi nō debeat. Sed præſtat oīa coram, ſi dignaberis horam pſcribere Chriſtum mihi iratum imprecor, ſi quid affecto q̄ Chriſto diſplicere ſciā. Nullum cōuiciū nō feram, etiam falſiſſimū: ſi mō ne falſo traducar hęreticus: quod a

nonnullis fieri præſens docebo. Bene vale.

ERASMVS ROT. IACOBO SVO HORNENSI S.D.

SAne q̃ lubens amplector tuum in nos animū, vel ob hoc ipſū q͂ vltro nos ad amandū prouocas, etiāſi non parum apud me valeret vel patria cōmunis, vel literarum ſimiliū idē amor. Nā q͂ existimas me tibi Dauentriæ conſpectū, vel hoc argumento facile deprehendes, te vana ludi mentis imaginatione, q͂ cū ego Dauētria diſcederē, nondū fluuius qui vrbem pterfluit, ponte iūctus erat. Nec Dauentria diſcedens adij Britanniā: nam ante decē & nouē annos demum vidi Britanniā. Dauentriā reliqui, quatuordecim natus annos, nunc ago annū quinquageſimum tertium. Quęſtionem abs te diſputatam, nullus adhibuit. Bene vale mi Iacobe. Louanij. Anno M.D.XIX. XV. Calendas Maias.

REVERENDISS. DOMINO D. GVLIELMO CARDINALI DE CROY, ARCHIEPISCOPO TOLETANO &c.

ERASMVS RO. S.D.

REuerendiſſime domine, idemq͂ princeps clariſſime, ſchedula tua, Laconica quidem breuitate, ſed ſenſu arguto mihi ſpecimen acris vegetique ingenij præbuit. nam hic, opinor pmittes Eraſmo leonē ex vnguiculo ęſtimare. Felices literę, ſi tales habituri ſūt fautores: feliciores ſinō fauētes modo, verūetiā cultores habebunt. Probe

vero diuinat R. T. D. libellum hunc reliquorum ſi ſimilem futurum: prorſus illi ſimillimus eſt, hoc eſt ineptiſſimus. Mihi vero nec libuit in huiuſmodi nugis ſeriam operam ponere: & viſum eſt conuenire, vt dignum haberet patella operculum. Si tua celſitudo dignabitur Eraſmum numero clientulorum ſuorũ aſſcribere, dabimus operam, ne prorſus ignauũ aut ingratũ allegiſſe videatur: quã Chriſtus opti. max. iſtaurandę verę pietati, boniſq; literis euehendis diu tueatur incolumem. Louanij. xij. Calendas Maias.

R. P. IOANNI THVRZONI EPISCOPO VRATISLAVIENSI ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

Literas tuas ornatiſſime pręſul: nõ minus bonæ mentis quã doctrinæ, q̃ eloquentię, q̃ humanitatis p̄ ſe ferentes, plane dignas iudicabã quæ in tui nominis gloriã ederentur, ni meã gloriã ĩmodice predicarent. Nec ita multũ affuit, quin me nitore ſuo a reſcribendo deterruerint: ſed malui famę detrimentum accipere, q̃ parum humanus videri. Eſſem aũt inhumaniſſimus, ſi a tãto p̄ſule, talibus literis prouocatus prorſus obticuiſſẽ. Tm̃ aũt abeſt, vt pudeat me vinci a minoribus, vt vehemẽter & gaudeam, & gloriar, ſeculum noſtrum priſcę barbariei veternum exuere, & in optimis literis feliciter refloreſcere. Neq; hic vllam laudis partẽ mihi vindico, niſi ſi quos noſtræ lucubrationes expergefecerũt ad meliora ſtudia, ne me putes agnoſcere laudes, quas mihi candide magis q̃ vere tribuis. Porro nouum non eſt apud Hungaros eſſe p̄clara ingenia qñ Ianus ille Pannonius tm̃ laudis meruit in carmine, vt Italia vltro herbã illi porrigat, Iacobi Piſonis cuius memoriam mihi refricas, tam iucunda eſt recordatio q̃ olim Romæ iucunda fuit conſuetudo. quid enim illo doctius, aut quid feſtiuius? Ego hunc

pręceptorem magis gratulor ſereniſs. regi veſtro, q̃ regnũ ipſum. Fuerũt & hic, qui me Ferdinando prĩcipi pceptorem dare vellent. Et eſt adoleſcens prorſuſ indole diuina, docilitate incredibili, probitati virtutiq; natus, ad hæc amabili quadã morum grauitate: ſed erat, cur me nollẽ aulę committere. Is tñ (vt ipſe mihil retulit) libellũ de prĩcipis inſtitutione, ſẽper habet in manibus. Velij carmen legens, qđ proxime mihi redditum eſt, Lucani tubã audire videor dignus ille qui magnos reges decantet, non Eraſmũ. Nunq̃ author tibi fuero, vt queadmodum ſcribis, octo dierum itinere, ad homuncionis huius ſpectaculum accurras. nã ſat ſcio & te pœniteret itineris, & ego nõnullam exiſtimationis meæ iacturã apud te facerẽ. Si quid Eraſmi viſendũ, id ĩ libellis noſtris conſpicatus es. Cæterum nec ego ſum Liuius, nec tu Gaditanus quiſpiã barbarus. Q; aũt inſuper munus adornas? an non hæc tua epiſtola qua mihi pectus iſtud tuum dicas, ampliſſimum eſt munꝰ? Mihi certe nullum tui pignus exhiberi potuit chariꝰ, maxime quod non grauata ſit tua celſitudo tã prolixam epiſtolã proprijs digitis deſcribere. Bene vale. Louanij. Anno M.D.XIX.XII. Calend. Maias.

## EXIMIO THEOLOGO GEORGIO SPALATINO, ILLVSTRIS. SAXONIAE DVCIS A SACRIS, ESAMVS ROTEROD. S. D.

Mihi vero nihil hactenus abs te redditum eſt literarum, neq; tuo, neq; illuſtriſſimi ducis nomine, eoq; nõnulla ni delectũ fuiſſet. Vides quanto locorũ interuallo dirimamur, & non ſecus atq; in bello, literis intercipiendis aduigilant hoſtes meliorum ſtudiorũ: quo magis cauendũ, ne cuiuis cõmittant epiſtolæ. Gratiſſimũ mihi fuit nomiſma, optimi ducis imaginẽ mihi referẽs, viuæ ſimillimã.

Huius epiſtolam videre deſiderabat reuerendiſſim9 epiſcopus ac princeps Leodienſis: eam vna cũ cum nũmiſmate ad illũ miſi: nec poſtea licuit hominẽ cõuenire. Quicquid fauoris, quicquid benignitatis, qcquid pſidĳ illuſtriſſimus dux impendit euehendis optimis ſtudĳs, id in me peculiariter collatũ arbitror Nihil in Iona conſpexi, quod non vnice me delectarit. Ita me deus bene amet, video delectũ organum ad Chriſti gloriam illuſtrandã, iter craſſiſſimas horu temporũ tenebras. Scalbi collegę dotes, magis ex illius literis, q̃ ex oratione licuit cognoſcere. Ego poſthac Georgium Spalatinum non ſolum inter pcipuos amicos, verumetiam iter patronos meos obſeruandos ſcripturus ſum, non perinde in chartis, atq; ipſo in pectore. Bene vale Georgi chariſſime. Louanĳ quarto calẽdas Iunias. Anno M. D. XIX

## ILLVSTRIS. SAXONIAE DVCI FRIDERICO, ERASMVS ROTERODAMVS S. P.

ILluſtriſſime princeps, pro ſtudio, quo tuę celſitudini Cęſarum vitas a me recognitas, dedicaui, iam nunc abunde magnã gratiã relatã exiſtimo, poſteaq̃ amantiſſimis literis ſibi nõ ingratũ fuiſſe teſtat. Nam cum id operis deſtinaram, nõdũ mihi peride prædicatũ erat atq; nũc eſt, quanta animi propenſione, faueres bonis literis adhuc cũ veteris inſcitiæ patronis digladiantibus: ſed ita, vt hoſtes nihil aliud aſſequantur reluctando, q̃ q̃ & noſtrã illuſtrent victoriã, & ſuam denobilitent ſtulticiam Quicquid autẽ fauoris, quicquid benignitatis, quicquid ſubſidĳ tua nobilitas inſtaurandis honeſtis ſtudĳs, & euehendis tuendis quæ ſtudiorũ aſſertorib9 impendit id totum ĩ me collatum eſſe duco. Neque vero te pœniteat iſtius animi, non erunt ingratæ literæ quin magis trilingui facundia vindicę ſuũ im-

mortali gloriæ conſecrabũt. Erit olim Fridericus adiutis ſtudijs, q̃ ſtemmatum luce nobilior. Ego poſt hac non verebor & alios ingenij mei fœtus tibi dicare, qn̄ feliciter ceſſit hæc mihi audacia. celſitudinem tuam, patriæ, ſtudijs ac pietati q̃ diutiſſime incolumẽ tueatur Chriſtus optim⁹ maximus. Louanij tertio Calendas Iunias. Anno M.D.XIX.

## ERASMVS ROTERODAMVS GASPARI SCHALBO SVO S. D.

OBſecro te doctiſſime Schalbe, vtrum iſtuc eſt rogare, an cogere? vides mihi vix ociũ eſſe, ad tuendam valetudinẽ, vides tot ſtudiorꝫ laboribus obrutum, & tñ efflagitas epiſtolã. Adeo violenta res eſt, & impotens amor, p̃ſertim Germanicus, cui ſi conar reluctari, nihil agam. Itaqꝫ reſpondeo tuis literis, ſed ita vt verear, ne dicas tibi nihil eſſe reſpõſũ. Q. ſi breuitatem hãc apud te nõ excuſat miſericordia nr̃i, ſaltẽ excuſabit publicorũ ſtudiorũ ratio quorũ iactura diſtrahor in hęc officia, q̃ ſingulis quibus pręſtant, exigui momenti vident, mihi tñ i quem vnum agminatim glomerantur, ingentem ſarcinam addunt. Qn̄ tu Ionę non cedis in amando par arbitror, vt te non minus q̃ illum redamem. Deplorarem longiq̃ profectionẽ tuam totqꝫ periculis obnoxiã, noſtra cauſa ſuſceptã, ni tu tibi tãtopere gratulareris etiã. id ſi iudicio facis non inuideo fructũ: ſin imaginatione, remedij pars eſt nõ ſetire malũ. Illud aũt quam Germanice? negas te fuſtibus depelli poſſe, ni deſ qͥ in patriam reuerſo præſentem Eraſmum referat. Os impudens, non tibi ſat eſt,

oculos, aures & animum expleſſe noſtri copia melli
tiſſima vti ſcribis, ni me totum tecum auferes, & au
feras in tã procul diſſitam regionẽ? Quantulum aũt
Eraſmi tecum auferes, ſi huius corpuſculi imaginem
pictã aut expreſſã ad tuos retuleris? Optimã Eraſ
mi partẽ in libris videre licet, quoties libet, ſi quid tñ
oĩno noſtri eſt, quod ſit viſendũ. Bene vale Gaſpar
chariſſime. Louanij. tertio Calendas Iunias. Anno
M.D.XIX:

ERASMVS ROTERODAMVS
PETRO ANGLEBERMEO
MEDICO S. D.

EMoriar, ſi vllum deorũ nectar ſuauius eſſe
credã optime Petre, q̃ villũ hoc tuum, pluri
mũ quidẽ aromatis efficacibꝰ, & appollinea
arte, qua tu nõ minꝰ quã humanitate mortales oẽs
albis, vt aiunt, equis pcurris, verũ multo multoque
amplius de pectore iſto candidiſſimo, & gratiarum
pleno conditum ſapidumqꝫ, cuius ego niueã ſimpli
citatẽ, humanitatẽqꝫ prope incredibilẽ iam pridẽ ex
Auguſtini tui ſermone cognitã atqꝫ adamatã, nunc
etiã re priuſq̃ oratione experior, donatus videlicet
abs te munuſculo tã bello, tam lauto, tã deniqꝫ apto
recte enim & hoc Seneca monet, permagni referre
quis cui quid muneris mittas. Porro cum Bacchum
vt eloquentię miniſtrũ paſſim celebrent poetarũ li
teræ, & aromata ſpiritus vitales vireſqꝫ pectoris re
ficiant inſtaurentqꝫ: quid obſecro poteras hoc mitte
re aptius, homo medicus hoĩ Poetico, tum in literis
aſſiduo, q̃ vinũ qđ a vulgo quidẽ Hippocraticũ, a
doctis tũ trimma, tũ aromatices dicit, niſi tu vel mu
rinum, vel aromaticeum mauis: cui xenio vtinam
αντιδωρον aliquod rependere tam facile poſſimus,
q̃ ĩpenſe cupimus neqꝫ voluntatem flagrantiſſimã
deſtitueret facultas: Verum ne prorſus αδωροι

videamur,neue,q̃ duplicatā oportebat rediſſe grati
am,nulla reponatur,poetarum more,qui chartarū
tm̄ vt diuites ſunt,ita ſūt & liberales,literariam gra
tiam referimus,pro munere epiſtolā reddentes,q̃
quā non perinde cōditā,nec arte pari concinnatam
videlicet vt ad Homerici Diomedis exēplum Χρυ
σεα χαλκεῖον ἑκατόμβοι ἐννέαβοιων ꝑmutem⁹.
Eam cōpenſationem ſi tu non recipis,quippe vehe
menter iniquā,vide,ecquid hoc etiā auctarium pla
ceat.Hunc homuntionem quantulus quantulus eſt
tibi addico:quē ſi non pœnitebit tuis in bonis ſcribe
re,vehementer erraris,ſi quidquā credas tuis ī reb⁹
vnq̄ fuiſſe tam tuū,quo ve ſic pro tuo arbitratu vł
vti poſſis vel abuti.Interea anſā hanc ad te ſcriben
di,id ꝙ diu fuerat in votis,per te mihi oblatam eſſe
gaudeo.Luteciā reuerſus(nā in craſtinū paramus
iter)filij tui ſtudia quibuſcunqꝫ potero rationibus lu
bens adiuuero.Bn̄ vale.Aurelię.Anno M. D.

## ERAMVS ROTERODAMVS COLETO SVO S. D.

DE reddita quiete dici nō poteſt quā tibi gra
tuler.Suffraganeū demiror quid ſibi velit,
cū has exactiones ſciret indictas,iā tū,cum
penſionis onus reciperet. atqꝫ id temporis de com
municando onere decimarum,ne verbum quidem.
Sentio te ſubſtomachari,ꝙ iterū te inſalutato Lon-
dinum reliquerī,& impatientiā taxas meā.Equidē
non inficias eo morbū meū: verum nihil tum fuit
eiuſmodi,cuiuſmodi ſuſpicaris. Primū nihil erat,ꝙ
tecum agerem,& palā admonuit me tu⁹ Gulielm⁹
te literis ſcribendis occupatiſſimū eſſe ne quid ob-
turbarem:quanquā ego nec in hoc venerā,ſed vt li
teras ad me miſſas a tuo Gulielmo reciperē.Et adeo
me properabam iſtinc ſubducere, propter metum
peſtis,vt ne cubiculum quidem meū fuerim igreſſ⁹

Item cum redirem, aucturus libros, ſolus omnes li
bros reſq; cōpoſui, quo peracto, ſero aūt perfeceram
iſtic abduxi me, nec ī cubiculo meo cubui: negociū
de tranſferendis farcinis Iodoco cōmiſi, hoc aīo non
ſalutaui te. Literas tuas ſeptimo Octobris die ſcri-
ptas pridie Calendas Nouēbres accepi, & ego iiſdē
de rebus iterum ad te ſcripſeram. Si Matthæus non
eſt apud te, apud Roffenſem eſt, id ꝙ magis etiā cō
iectabā. Sed quia ſeparatim dederā non adiunxit re
liquis: ꝙ ſi periit, mihiipſi imputabo, & repetiti la-
boris tædio, facilitatis pœnam a me exigā. Nos hinc
paſſi fugientibus omnibus, & ipſi rus cōceſſeram⁹
ſed vini iopia fortaſſe nos Cātabrigiā rediget. Gra
tulatus ſum proximis literis, & iterum gratulor, ꝙ
ad ſanctiſſimos illos ac ſaluberrimos cōcionandi la
bores redieris. Arbitror enī ceſſatiunculā illā in bo
num etiam verſum iri: dum auidius audiāt, cuius vo
cem aliquandiu deſiderarunt. Incolumem te tueatur
optimus maximus Ieſus. Cantabrigiæ Calēdis No
uembribus. Anno M.D.VII.

## ERASMVS ROTERODAMVS CLARISS. COMITI GVLIELMO MONTIOIO S.D.

QVidnam ſibi vult illa tuæ ſalutationis ἀνα-
δίπλωσις, o ſalue mi præceptor, ſalue mi,
pceptor? vtrū doloris erat, ꝙ a chariſſima
coniuge diuelleris? an gaudii ꝙ ad æque dilectas lit
teras ſis rediturus? Mihi equidem, quamq̄ hic oīa lu
riſſima videntur: ſtat tñ ſētētia, omne tædium amo
re tui deuorare, omnem exorbere moleſtiā, ne cum
tu in amando conſtātiſſimum te præſtiteris, ego vi-
ciſſim ī obſequendo parum conſtans fuiſſe videar.
Fac eum ad nos animum adferas ne vel tu ſine cau
ſa cōſuetudinem vxoris neglexiſſe, vel ego fruſtra
tantum tædiorum pertuliſſe credar. Bene vale. Oxo

niæ. Anno M.CCCC.XCIX.

ERASMVS THOMAE MORO SVO S. D.

Vix vllis literis conſequi queā, quibus diris huius tabellarij caput deuouerim, cuius vel ꝑfidia factū arbitror vt expectatiſſimis Mori mei literis fuerim fruſtratus. Nam in officio ceſſaſſe te, ſuſpicari nec debeo, nec libet, tam & ſi ſuperioribus literis vehementiuſcule tecum expoſtulauimus. Neq; veremur, ne quid noſtra libertas te cōmouerit, qui nō ignores Lacedemoniū illū ad cutē vſq; pugnandi morē. Illud extra iocum oramꝰ, mellitiſſime Thoma, vt egritudinē, quā ex nimium diuturno tui tuorumq; ſcriptorū deſiderio cæpimꝰ vſura aliqua ſarcias. Expectamꝰ oīno nō epiſtolā, ſed ingentem literarum ſarcinam, quæ vel Egiptium αχθοφόρον degrauet. Si qui ſint iſtic bonarum literarum cultores, tuum erit officium, eos, vt ad nos ſcribant, extimulare, quo videlicet amicorū orbē oībus numeris abſoluamus. nō auſim illos laceſſere prior Nam tibi, nihil referre putamus, quō ſcribamus homini facillimo: ad hęc, mei, vt mihi perſuaſi, amantiſſimo. Vale iucundiſſime More, Oxonię. Anno M. CCCC.XCIX. Natali Simonis & Iudæ

ERASMVS ERVDITISSIMO M. PETRO VITERIO SVO S. D.

Bene cecidit optime Viteri, quod mea, qualis qualis fuit, expoſtulatio, tam amicam tamque copioſam epiſtolam abs te extudit. Veterem illum tuū in nos animum, nō ſine voluptate agnoſco. Incolumē eſſe te lętor. Tot moleſtis occupationibus diſtrahi te, dolerem, ni tales eſſent, vt huiuſmodi vel immori cupiat animus vere Chriſtianus Gratulor autem virtuti tuæ quæ tot laboribus ſufficiat: quod corpuſculi viribus deeſt, pectoris

ardore ſuppeditante. Proximas literas tuas ſcito mihi non eſſe redditas. Si curaris vt ſciã, qua de re commẽdari velis R P. Stephano epiſcopo Pariſiẽſi, prõptiſſime ꝙ voles, faciam. Eximiũ D. Balneum decanum Turonenſem, meis verbis reſalutabis diligenter. Vir malus ſim, ni amem hominem literis ac virtuti cum primis fauentẽ: ingratus etiã, ni redamẽ, vltro ꝓuocãtẽ ad amicitiã. Bñ vale viteri ſuauiſſime.

## REVERENDISS. CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO MAGVNTINENSI ALBERTO. &c. ERASMVS S, D.

REuerendiſſime dñe, princepſq́ chariſſime, nõ dubito quin libellus, quẽ celſitudini tuę dicauimus, redditus ſit eidem. Qui an tuo ſatiſfaciat aĩo, neſcio: meo certe non ſatiſfacit, verum id tẽporis nihil aliud erat ad manum. Circonſpiciet̃ aliud ꝙ & tuæ magnitudini, & meo in te ſtudio magis reſpondeat. D. Ricardus Pacæus, qui regis ſui nomine legatus ad vos venit, ꝑter alias innumeras dotes vir eſt inſigni vtriuſq́ literaturę peritia ꝑdit⁹, apud regiã maieſtatem multis nominibus gratioſiſſimus fide ſynceriſſima, moribus pluſq̃ niueis, totus ad gratiã & amicitiam natus: quẽ ſi dignaberis propi⁹ noſſe, ſcio, gaudebis te a nobis admonitũ fuiſſe. Apud Anglos triumphant bonę literę. rex ipſe cum ſua regina: cardinales ambo, epiſcopi ferme oẽs toto pectore tuentur, fouent, alunt, ornantque Rabulis oĩbus per regem impoſitũ eſt ſilentium: ſpero idem fore apud Germanos, ſi tuę reuerẽdiſſimę dignitatis tuiq́ ſimilium fauor aſpirarit: ꝙ vt faciat, etiã atque etiã rogo. Nihil enim non moliunt̃ ſycophantę quidam, ꝓſertim hic, vbi barbaries terris exceſſura videtur extrema poſuiſſe veſtigia. quãq̃ & hi miteſcunt ĩcipiuntq́ ſuã ſtultitiã agnoſcere. Hutteni ingenii

indies magis ac magis exoſculantur oēs: cui tua celſi tudo tam candide faueus, multum laudis, imo gratię ſibi parit apud eruditos oēs: quā īcolumē diu ſeruet immortalis Chiſtus Ieſus. Antuuerpiæ. XII. Calēdas Iunias. Anno M.D.XIX.

## ILLVSTRI IVVENI D. ANTONIO DE BERGIS, ERASMVS ROTERODAMVS S.D.

ORnatiſſime iuuenis, antehac vno nomine dūtaxat amabā te, ꝙ honeſtis ſtudijs, ac moribus delectareris ꝑter vulgatum morē nobilium: nunc hoc quoqꝫ debeo nomine, ꝙ expertus ſū mirum patris tui in me ſtudium. Eius totam ſpem ī tua idole ſitā eſſe ex illius ſermone ꝓſpectū habeo nec dubito quin optimi patris expectationi ſis ꝑ oīa reſpōſurus, Bonę literę poſſim effloreſcunt: fruſtra reluctantur veteris inſitiæ patroni. Apud Anglos triumphant recta ſtudia, regis cardinalium, & epiſcoporū auxilio. Rabulis, qui tm̄ ad maledicendū linguam habent, impoſitum eſt ſilentium. Hic, qm̄ tales patronos non habemus, ſæuiunt adhuc, & libris quoqꝫ graſſantur, ſed quibus nihil aliud ꝗ ſuā traducunt ſtultitiā, ac mentis ſtoliditatem. miteſcunt tñ & hi paulatim, velut ex grauiſſima febri reſipiſcentes: obmuteſcent etiā, ſi prīcipum aſpirarit fauor. In Ferdinando magna ſpes eſt: in te quoqꝫ nō mediocris. Carolus abeſt. Ciuerius non mirum ſi a literis eſt alienior, quāꝗ non aduerſatur. R.D. Cardinalis Adrianus bonis literis nūꝗ admodū fauit, etiāſi nō eſt adeo deuotus hoſtis, ꝗ ſunt qdā, qui ſe nō putāt īcolumes fore, niſi oppreſſis literis. Hunc Ricardum Pacęum, sereniſſimi regis Anglorum oratorē, eiqꝫ gratioſiſſimū ſi propius cōplecteris, gaudebis hoīs cōſuetudine, Eſt enī ꝑter mores candidiſſimos, vtriuſqꝫ literaturæ peritiſſimus. Bene vale M. Adriano

d

Barlando multā ex me ſalutem dicito. Antuuerpiæ XIII. Cal. Iunias. Anno M.D.XIX.

## ERASMVS ROTERODAMVS IACOBO BANISIO SVO S.D.

VIr omni decorū genere cumulatiſſime, audio te noua, eaq; eximia dignitate auctū, quo nomīe tibi magnopere gratulor, neq; dubito quī fortuna ſit aliquando benignius etiā tuis p̄claris virtutibꝰ reſponſura. Nos hic pluſquā Panicis tumultibus iactati ſumus, adeo theologi quidā nouas excitarūt tragœdias: neq; quicq̄ tn̄ aperto Marte geſtū eſt: oīa technis, cuniculis, ac ſtrophis acta ſunt. Male habebat iſtos negociū linguarū procedere: metuebant, ne ſi ſuſiſteret Nouū teſtamētū, labaſceret eorum autoritas: nihil itaq; non tentatum, ſed reſipiſcunt. Prodijt Nouum teſtamentū, vendit, & quidē feliciſſime. Auſus eſt quidā & libellum aduerſus me ſcribere, ſed magno ſuo malo, mea ſūma cum voluptate. Triumpharent bonæ literæ, ſi principē haberemus domi, qualem habet Anglia. Rex ipſe nō indoctus, tum ingenio acerrimo, palā tuetur bonas literas. rabulis oībus ſilentiū indixit. Reuerendiſſimꝰ Cardinalis Eboracēſis oīa ſtudia in melius reſtituit, ſuaq; benignitate paſſim oēs inuitat ad amorē ſtudiorū. nec aliud agit R. Cardinalis Cāpegius, vir oīm & optimus, & doctiſſimus. Aula regis plus habet hoīm eruditione præſtantiū, q̄ vlla academia. Video Germanos quoq; principes honorē habere literis, tuo, tuiq; ſimiliū hortatu: nos nondū hoc diſcere poſſumus. Sereniſs. princeps Ferdinādus. adoleſcē ita me deus amet, ad oēm virtutem natus, nos amat noſtriſq; libellis delectatur, vt & ab alijs accepi, & ipſe mihi narrauit. libellū de Principe ſemper habet in manibus. Huic me p̄ceptorē dare conati ſunt: & ipſe videt̄ id ambire. ſed cum alia me deterrēt ab a

la,tum p̃cipue valetudo tam imbecillis,vt niſi tēpe-
ret meo arbitratu,mox pericliteř.Mortuus nec prin
cipi ſim vſui futurus:nunc vtcūq; proſum calamo.
Exijt paraphraſis in duas epiſtolas ad Corīthios,&
in epiſtolā ad Galatas:hac certe parte probor,& do
ctis & indoctis oībus.Si inciderit cōmoditas,cōmē
dabis me illuſtriſſ.mo Saxoniȩ duci Frederico:ei ſcri
pſimus nuper:opinor,epiſtolā eſſe redditā.Bñ va-
le patrone ſingularis.Si continget congredi cū hoc
oratore regis Anglorū D.Ricardo Pacæo,ſi nōdū
tibi notus eſt,fac hoiēm cures noſſe propius. nihil
eius ingenio candidius, vtriuſq; literaturæ peritiſſi
mus eſt:pro ſuis virtutibus regi, Cardinalibuſq;,at
q; adeo Romano Pontifici,gratiſſimus eſt.Rurſum
vale.Bruxellȩ,XII.CaLendas Iunias.

## ERASMVS R.P. RICARDO EPISCOPO VVINTONIENSI S.P.

REuerende p̃ſul,ſi vnq̃ placuit tibi aī mei ſtudi
um in te,hoc tm̄ p̃mij repoſco,ne quid teme
re credas ſycophantis de me quibus nūc ſata
li quadā peſte feruent oīa.Eduardus Leus ſi demō
ſtrat argumentis ſe melius ſentire,q̃ ego ſentiā,nū
q̃ offendet animum meum.Cæterum quod hic,&
apud ſuos ſcriptis,dictis per ſe,per ſuos, omnia im-
plet inimicis rumoribus,nec ſuȩ famæ recte conſu-
lit.Iam pridem palam præ ſe fert pluſquam hoſti-
lem animum,nullo vnquam dicto aut facto laceſſi
tus a me.Iuuenis eſt. Ardet cupiditate famȩ,ſed prȩ
ſtabat hac melioribus augurijs auſpicari. Noui pru
dentiam tuam quæ non facile pronunciet, præſer-
tim in malam partem. Tempus omnia proferet in
lucem. Veritas laborare poteſt, vinci non poteſt.
Si tua autoritas conſulet Leo, vt aut in totum de
ſiſtat ab iſtis ſycophantijs, quibus ſeipſum ma-
gis traducit quam me, aut argumentis duntaxat,

mecum certet, illius famę ꝙ nſuluerit. Nūc enī odio ceu morbo aī lymphatus, fertur olim Eraſmus ambijt tuum fauorem, non ſucceſſit, nunc non orat vt ſibi faueas, ſed vt Leo tuo. Bene valeat T.R.P. cui me totum conſecro dedicoq;. Antuuerpię. Octauo Calendas Iunias.

ERASMVS ROT. R.P. THOMAE EPISCOPO DVNELMENSI S. D.

REuerendiſſime pater, qm̄ Ariſtoteles ſcripſit multorum amicitias ſilentio dirimi, nolui committere vt idem nobis eueniret: pſertim in tanto amico. Mitto paraphraſin in epiſtolā ad Galathas, in qua locus eſt de Petro, Pauli voce obiurgato, qui mihi nondum ſatis a quoq̄ veterum explicatus videt. Non ſum ignarus varios rumores de me ſpargi Sentiunt philobarbari erigere ſeſe recta ſtudia, eoq; nullū non mouent lapidē, ſed tēporis progreſſu vincet veritas. Hoc modo exoratū velim tuā reuerentiam, ne quid temere credat Eraſmio maſtigibus. Nūc fato quodā ſuo ſæuiunt: at breui illos ſui morbi pudebit, vbi reſipuerint, queādmodū euenit Aiaci. Bene vale pater ampliſſime, & in Eraſmum eum te pbere perge, qui ſemper fuiſti. Antuuerpiæ, octauo Calendas Iunias.

ERAMVS ROT. IOANNI RVSERO NOVIENTANO SVO S,D.

QVod Matthiā Schurerium mihi tam ſtudioſe cōmēdas, prorſus iuxta prouerbium, actum agis. Eſt enī is hō mihi tum ob eximias ingenij dotes, tum officia in me non vulgaria, ſic cōmēdatus, vt cōmendatione eſſe non poſſit. Nihil eſt qđ illius gratiā facturus non ſim. Sed neq; mihi ſēper ſuppetit qđ illi⁹ officinæ ſuppeditē, neq; quoduis argumentū illi cōuenit. Poſtremo cū typographi ferme ſint inter ſeſe κεραμεῖς vix fieri poteſt vt ſic ob-

ſequar vni, quin alterum offēdā: id quod vſu venit inrurſus excudenda Copia. Nam annos aliquot mihi ſuccenſuerat Badius, priuſq̄ offenſionis cauſā poſſem olfacere. Quāq̄ illius indignatio, vt eſt vir optimus citra omnem amarulentiā, aut etiā ſimultatem conſtitit. Aufer vero mihi iſta verba, ne eum ex albo tuorum expungas amicorū. Tū ego non inhumaniſſimus mō ſim, verūetiam ingratiſſimus, ſi patiar Schurrerium expungi amicorum catalogo. Simulatq; dabit opportunitas, declarabo, ſi nihil aliud certe propenſum in illum animum. Demiror cur tā diu proroget Rodolphi Agricolę lucubrationū ędi tio. Quis, quæſo, genius iſte malus qui gloriā hanc noſtræ inuidet Germaniæ? Verū vt hactenus otioſa fuit epiſtola tua, q̄ ex tua cōmendatione nihil acceſſerit meæ in Schurrerium beneuolentiæ, ita per eam ipſe mihi factus es multo cōmendatior. Nam egregias animi tui dotes, quas pridē e ſuauiſſimo colloquio tuo, e vultu, ex ipſis oculis vtcunq; cōiecerā ſic expreſſit, vt longe q̄ ante magis cœperim amare indolem iſtā tuā lepidiſſima feſtiuitate, ac rara modeſtia pellicibilem: eruditionem haud ſane vulgarē, cum vtriuſq; literaturę peritia coniunctā, ſed ita vt hanc nullum, q̄ fere ſolet, ſupercilium comitetur. Quare mihi poſthac Ruſerius non inter famulos, q̄ tuæ modeſtię ſatis erat, ſed inter p̄cipuos amicos numerabit. Bn̄ vale. Baſiliæ. Anno M.D.XVII.

ERASMVS ROTERODAMVS EOBANOHESSO POETAE CLARISS. S. D.

A Deo placuit tuū ὁδοιπορικὸν vt emendatis q̄ cōmiſerant typographi, curarim hic rurſ9 formulis excudēdū. Ionæ, Schabiq; conſpectus mihi fuit multo gratiſſimus. Sed interim dum hos hucmittis parum conſulis meę famæ, cuius nūq̄ nō facio iacturā ex huiuſmodi cōgreſſib9. At minitaris

te plures etiam horũ ſimiles huc miſſurũ. Q̃m hi cõtigerunt, per quos maxime licuit ſcribere: ideo ſcribo parcius. per alios nõ ſatis tuto ſcribit̃, per hos fruſtra, qui melius oĩa coram referent q̃ ego literis poſſim. Nollẽ epiſtolas meas editas quas adiũxiſti tuo carmini: breui ęditurus erã, ſed locupletatas. Carmẽ ad comitem de Naſſau percupio videre. Fauet ille bonis literis: & harũ gratia mihi quoque Sed noſtri principes laudare norunt, numerare nõ norunt Q̃ tñ mea; cauſa nõ dico: qui nihil ambio, ſorte mea cõtentus. Bene vale amicorũ ſynceriſſime. Iam nunc circunſpice, ac delige tibi argumentũ aliquod fœcũdum, in quo declares poſteritati quantus ſis. In hoc conferes paulatim, quicquid egregiũ quotidiana lectio tibi ſuppeditabit. Sed hęc plane memorẽ admoneo. Rurſum vale. Louanij tertio Calendas Iunias Anno. M.D.XIX.

D. HENRICO GVLDEFORDO EQVITI AVRATO PRAEFECTORE I EQVESTRIS REGIS ANGLIAE ERASMVS S. P.

VIr clariſſime, multorum ſermone cognoſco q̃ amico ſis in nos animo, ſiue ſcintillas iſtius beneuolentiæ ex meis lucubrationibus cõcepiſti, ſiue ex D. Ioannis Coleti, cæterorũq́ amicorũ hauſiſti ſermone. Tu me diligis, ꝙ vere talẽ eſſe credas qualem illi p̃dicarunt. Ego te viciſſim amo ꝙ toto pectore virtuti, ꝙ honeſtis ſtudijs faueas, q̃ horum gratia mihi quoq́ faues, nõ ꝙ his præditus ſim, ſed ꝙ tibi perſuaſum ſit his præditum eſſe me. Certe recta ſtudia p̃ſertim ea q̃ ad verã faciunt pietatem, prouehere ſemper conatus ſum, ſed vtinã ꝑinde feliciter, ac ſedulo. Mundus reſipiſcit velut ex altiſſimo ſomno expergiſcens, & tñ pertinacibus animis adhuc repugnant quidã, veterẽ inſcitiã ſuam

manibus pedibuſq́;, ac mordicus etiã retinentes. Sed hos pudebit amentiæ ſuę, ſi viderint ſummos reges ac regũ proceres amplecti, fouere, tueri meliores li teras. O miras rerũ humanarum viciſſitudines olim literarũ ardor penes religionis profeſſores erat nũc illis magna ex parte, ventri, luxui, pecunię ꝗ vacãti bus amor eruditionis ad principes prophanos, ac ꝓ ceres aulicos demigrat. Nã q̃ ſchola, quod monaſte riũ vſq́ tã multos habet, inſigni probitate, doctrina q́ꝫ ꝓditos, q̃ veſtra habet aula? An non optimo iure nos noſtri pudeat? Sacerdotũ ac theologorũ conui uia madent vinolentia, ſcurrilibus opplent̃ iocis tu multu parũ ſobrio perſtrepunt, virulentis obtrecta tõib9 ſcatent. & ad principũ menſas modeſte diſpu tat̃ de ijs q̃ ad eruditionẽ, ac pietatẽ faciunt. Nimirũ ad optimi regis exẽplũ properant oẽs, cuius vt cęte ras illas dotes omittã, quas ſic habet cum alijs regib9 cõmunes. vt pleriſq; ꝑcurrat, nulla ſit inferior. q̃d il lo ad diſputandum argutius? ad inueniendum feli- cius? ad iudicandum ſanius, ad eloquendum venu ſtius? Olim ocij literarumq́ꝫ dulcedine captus, ab au lis regum abhorrebam: at in talem aulam: vel cũ to ta ſupellectile: quę fere chartacea eſt: liberet ĩmigra re: ni valetudinis imbecillitas: & ętas iam ĩgrauẽſcẽs diſſuaderet. Vbi nunc ſunt qui iactitant principum vigori officere literarum cognitionem? Quis henri co octauo vel in bellicis rebus dexterior: vel in con dendis legibus cordatior: vel in conſilijs oculatior: vel in coercenda ſcelerum licentia vigilantior: vel ĩ deligendis magiſtratib9 atq́ꝫ officijs diligẽtior, vel ĩ cõciliandis fœdere regibus efficatior? Equidẽ aureũ ꝗdã ſeculũ exoriri video: quo mihi fortaſſis nõ cõ- tinget frui: q̃ppe qui iã ad fabulæ meę cataſtrophen accedã: gratulor tñ orbi, gratulor iuuenibus: in quo, rum animis ob officiorũ memoriã vtcũq́ꝫ ſupeſtes, erit Eraſmus. ſed vt finiam ornatiſſime Ricarde: re

damo te amantē, procꝫ officijs in me tuis non vulgaribus hoc maiorem habeo gratiā ꝙ ea præſtiteris nullo vnq̄ a me laceſſitus officio. Generoſę dominę matri tuæ, mihi vno atcꝫ altero colloquio cognitę præcor oīa læta proſperacꝫ. Iſtum animum tibi, te nobis ſeruet optimus maximus Ieſus. Hūc Eraſmū pergat tua nobilitas inter ſuos clientulos ponere ſtudio certe nulli ceſſurum. Antuuerpiæ, Idibus Maij. Anno M.D.XIX. Eraſmꝰ roterodamꝰ ex aīo tuꝰ

## CLARISS. BARONI GVILIELMO MONTIOIO ERASMVS ROTERODAMVS S.D.

VNice Mecœnas ante hac gratulatus ſū Angliæ tuæ q̄ tot haberet viros egregia probitate, paricꝫ doctrina ꝑditos: nunc propemodum inuidere incipio, q̄ ſic effloreſcat omnigenere ſtudiorum vt oībus regionibus laudem ꝑripiat, ac pe ne tenebras offundat. Quāq̄ iſta laus haud ita noua eſt veſtrę inſulę, ī qua conſtat iam olim eximios viros extitiſſe, declarant id vel academiæ veſtræ, q̄ vetuſtate nobilitatecꝫ cum vetuſtiſſimis ac celeberrimis certant. Deamo R. p. epiſcopum Vuintonienſem, qui magnificentiſſimum collegiū ſuo ſumptu proprie dicauit bonis literis. Magis autem exoſculor egregiū ac prorſus heroicum animū Reuerediſſimi Dn̄i Cardinalis Eboracenſis, cuius prudētia ſchola oxonienſis, non ſolum omni linguarum ac ſtudiorum genere: verum & moribus qui deceāt optima ſtudia, condecorabitur. Nam Cantabrigienſis academia iam pridem omnibus floret ornamentis ꝓſide R. D. epiſcopo roffenſe, qui nulla in parte nō egregiū agit ꝓſulem. Cęterum huiꝰ laudis ꝑcipua portio regio pectori, velut horū conſiliorū fonti debetur. Cum tot regnis, atcꝫ regibus altiſſima pax eſt, atque vt augurari libet æterna. Pelluntur nocentes, vigēt

bonę leges,euehunt optimæ literæ,rex ipſe hiſcere
bus oībus non ſolum author eſt,ac dux, verūetiam
exemplum,primus ipſe præſtans ꝙ p̄ſcribit. Nulli
mortalium magis ex aīo bene volo q̄ tibi:& tn̄ pa
rum abeſt,quin inuideā tuę celſitudini,q̄ tātis bonis
fruatur ſine me quoudam cōmodorum & incōmo
dorū ſocio.Q. ꝙ grauius eſt,interim dum tu tot ho
minibus felix es,mihi cum teterrimiſquibuſdā non
hominibus,ſed portentis conflictandum:in quo me
hercle lubens experirer,quid poſſit eloquentia, ni
me Chriſtianus pudor,ceu Pallas q̄piā Homerica,
iam capulo manum admouentē,capillos vellicās re
uocaret .Benevale. Antuuerpiæ. Anno mileſimo
quingent ſeimo decimo nono,Calendis Maijs

ERASMVS ROTERODAMVS GERARDO NOVIMAGO RE VERENDISSIMI DO. TRA IECTENSIS A SACRIS S.D.

AMicorum candidiſſime,aurigā nacti ſumus,
non minus temulentum,q̄ erat meus famu
lus.Itaq; Louanium peruenimus aliquanto
ante nonam horā,non ſine periculo.Nam is currus
qui nos anteibat,ſubuerſus eſt.Vehementer arriſit
illa literarum tuarum pars,qua ſignificas reuerendiſ
ſimum M.N.Iacobū CalKarē,ordinis prędicatorū
iſtic prouincialē,noſtri ſtudioſū eſſe.Nā ego palma
rium puto,placuiſſe viro tanto, quantum tu nobis
eum deſcribis,& ipſe facile credo optimę fidei auto
ri.Cæterum vix animū queo inducere,vt ille ſeſe ad
noſtras nugas legendas demittat.Locum inſpexi:at
ꝙ oīno res ſic ſe habet,vt ille narrat.Candorē hoīs
exoſculor, qui repperit quo locus ille defendi poſſet
ſi pro & ſcribat aut.ſed aduerſus alienigenas, aut ī-
pios. Q. q̄ idem ſenſus conſiſtebat,manente cōiun
ctione &. Siquidem quum dicimus,hic non habet

honorem:niſi doctis:ac probis nihil vetat quo min⁹ diuerſi ſint docti:ac probi. Verũ ille recte voluit ad dita luce.caligine amphibologię diſcuti. Meminerã hiſtorię de tribu Beniamitide:pene vſq; ad interni cionẽ extincta.Sed primũ arbitrabar generalem ora tionẽ conſtare,etiãſi vnũ aut alterum eximat:ſicuti non ideo falſũ dixit Paulus:omnes in Adã peccaue runt:ſi credamus Mariã:& Chriſtũ a peccato fuiſſe immunẽ:quãq̃ fateor non conſiſtere:ſi dialecticus ſummo:ꝙ aiunt,iure tecũ agat:deinde,mihi nõ vi ſum eſt iſtud proprie belli nomine cenſendum: ſed potius animaduerſionis:niſi forte cum Moſes ob vi tulũ aureũ tot hominũ milia trucidauit,bellaſſe vi detẽ. Poſtremo mihi ſatis erat,ꝙ nos ſẽper inter nos belligeramur,illi aut nunq̃ aut rariſſime. Ad perſua dendũ facit exaggeratio,vt nunq̃,poſitum ſit vice, fere nunq̃ queadmodũ Paulus cũ ait, Oẽs quæ ſua ſunt quærunt.non omnes ſenſit eſſe tales,ſed intelli gi voluit perpaucos eſſe,qui Euangelium ſyncere tractarent.His tergiuerſari poteram, vt nemo non ingenioſus eſt ad defenſionẽ ſui: niſi ꝙ non libet a tam eximio viro diſſentire.Itaq; proxima æditione locus is mutabitur.Fac me illi q̃ diligentiſſime com mendes.Nã homini cupio propius eſſe notus.A te nihil meo nomine peto ꝑterea, niſi vt pergas tui ſi milis eſſe.Bñ vale.Philippo Mõtio omniũ quos ĩ vita viderim candiſſimo cũ vxorcula meis verbis ſalutẽ dices.reuerẽdiſſimo dices q̃ nunquã non dicis

ERASMVS ROT. GASPARI VELIO S.D

PArum videlicet erat tibi veli doctiſſime,nõ ſane quã eleganti, ſed tamẽ mẽdaciſſimo car mine celebraſſe,niſi inſuper & epiſtolã adde res panegyrico ſimillimam, Nec hoc contentus, carmen adiungis heroicũ,tã ſublime,tã grãdiloquũ vt ad hoc collata Lucani tuba,lyra videri poſſit Pri

mi carminis euulgati, eſt cur me pudeat, non eſt cur te pœniteat. Neq; ſinã Bartholinũ hoc nomine per te vocari in ius. Nihil huius viri iudicio non tribuo atq; is tibi tm̃ tribuit apud me, quantũ alij noſtratis huius orbis nemini. Non cenſuit ille cõmittendum vt carmen tã felix premeret. Fauebã & ipſe, fateor, editioni: ſed obſtabat pudor, ac metus quidã, ne nõ tam ingenio tuo q̃ laudibus meis delectatus videter. Haud quaquã tamen ingratum fuit, extitiſſe q̃ ſcrupulum hunc diſcuteret. Epiſtola tua declarat te in vtroque genere, pari pene felicitate exercitatum fuiſſe: quæ res pauciſſimis adhuc mortalium ſucceſſit. Porro carmen Heroicum legenti venit in mentẽ Homeri βατραχομυομαχίαν quæ tragicis verbis rem maxime ridiculam proſequitur. Atq; hoc ĩpenſius ſum admiratus ingenium tuum, quo ſterilius eſt argumentum. Sed tñ ne ſic abs te decantatus, nihilominino præmij dicar retuliſſe, moneo mi Veli, vt poſthac iſtam longe feliciſſimã ingenij tui venã in felicioribus materijs exerceas. Gratulor tibi talem patronum, & illi te viciſſim gratulor vel amicum, vel p̃ceptorem: eius eruditiſſimis literis, incondito epiſtolio reſpondi. Non me fugit, quã id ſit inhumanum atq; impudens. Sed quid facias? Tantis ſtudiorũ obruor laboribus, & innumerabilium epiſtolis ſic vndiq; prouocor: vt ſingulis reſpõdere nõ queã fortaſſis paria facturus: ſi cum paucis mihi res eſſet etiã ſi Herculẽ non puduit duobus cedere. Bene vale Veli chariſſime. Louanij. Anno M.D.XVIII.

## ERASMVS ROT. ORNATISSIMO D. IOANNI FABRO VICARIO EPISCOPI CONSTANTIENSIS S.D.

O Pectus amicitię natũ: nec tumultꝰ negociorũ qbꝰ vndiq; diſtrĩgeris: neq; tãta locorũ ſeiũ

ctio potuit amiculi memoriā excutere, p̄ſertī a quo ſis tā īdiligenter cultus. Etenī Baſiliæ cū eſſē, adeo nullū mihi vacuum tempus faciebant ædendorum voluminum meorum curę vt aliquando vix vacarit reſalutare tā eximiū amicum ac patronum, quē omni genere officiorum proſequi par erat. Egregię cuidā humanitatis erat noſtris faſtigijs ignoſcere, nunc etiā magnifice gratias agis. Sed vt ſic ad tuā epiſtolā non minus eruditā q̄ prolixā reſpondeā, quēadmodum Baſiliæ ſalutantem reſalutare ſoleo, ex laudibꝰ quas mihi tribuis effuſiſſimas nihil decerpā, p̄ter animum impendio maiore q̄ iudicio, meo nomini fauētem. Q̄ Beatus Rhenanus Methodū meā tuo nomini inſcripſit, facile boni conſulerē, ſi prius ille me de ſuo conſilio certiorem feciſſet, q̄ ego hoc libelli reuerendiſſimo p̄ſuli Maguntinenſi dedicaſſem. At nr̄a dedicatio iā exierat ī vulgꝰ, priuſq̄ Beatus exēplar accepiſſet, cui tū non addiderā epiſtolā nūcupatoriā, ꝙ nollē in Nouo teſtamento duas legi dedicationes, ne quis cauillaret me de vna fidelia duos parietes linere voluiſſe. Atq; ita temperaram libelli titlū vt vel ſeparatim legi poſſet, vel illius operis pars eſſe: ꝙ quidē teſtor in ipſo ſtatim operis limine. Proīde conſilium hoc mea ſententia non ſatis auſpicato venit in mentē Beato Rhenano, p̄ſertī cū ipſe p̄mat in ſcrinijs ſuas lucubrationes, quibꝰ poſſit ſe, pariter ac ſuos illuſtrare rectius q̄ alienis. quāq̄ hic quoque laudarem etiā Beati ſtudium, niſi fuiſſet infelix. Magis enī fortunę q̄ illius animo reor imputandū. Cæterum ꝙ nunc parū ex animi ſententia cecidit, alias noſtra cura ſarciemus. Neq; prorſus cōmittā, vt noſtrā amicitiā ignoret poſteritas. ſi quid tn̄ mearū nęniarū ad poſteros vnquā perueniet. Richardus Paceus belliſſime valet, floret ac triumphat apud ſuos ptimo regi lōge chariſſimus, cui primus eſt a ſecre

tis: ꝙ munus, cum primis opimũ eſt apud Anglos. Is nuper hac iter fecit, a rege legatus, vt ſalutatis D. Margarita, & Ferdinando, adeſſet electioni Cæſaris. Cuius cõſpectus mihi tam iucundus fuit, vt nullius æque multis iam annis. Thomas Morus eſt regia conſilijs, atq; item Coletus. Thomas Linacrus a cura valetudinis. Ipſe rex feliciſſime philoſophatur. Regina literas amat, quas ab ĩfantia feliciter didicit. Quis non cupiat in tali aula vitã agere? Bñ vale vir eximie. Louanij, Anno M. D. XIX.

ERSMVS ROT. BANISIO SVO S. D.

VIr ornatiſſime, iure ſuccenſem⁹ Selandię ꝙ te nobis afflictũ remiſerit: ſed tñ gratias agimus, ꝙ viuum reſtituerit, qñ non paucos abſorbuit. Sic tui velim prĩcipibus copiã facias vt tuæ ſalutis habeas rationẽ. Quo magis eget tuis conſilijs reſp. hoc magis aduigilãdum, vt illi diu poſſis eſſe vſui. Tuũ ad nos aduentum cupidiſſime expecto. De negligendis blateronibus ſuoq; morbo relinquendis, & prudenter & amice conſulis. Quid enim aliud quã ſuã traducunt ſtultitiã ſimul & ĩſcitiã? Deũ immortalẽ, quã inſulſis libellis, quã virulẽtis, quã indoctis rem agũt? Nõ eſt periculũ, ne tã ineptas nenias legat poſteritas: cuius iudiciũ ſẽper eruditis viris ſpectandũ eſt. Quanquã ne nũc quidem vlli probo docto ve placet iſtorũ furioſus tumultus Sed omnia coram. Bene vale vir ornatiſſime. Louanij. Anno M. D. XVIII.

ERASMVS GONELLO SVO S. D.

MVltis modis hęc tẽpora nos affligunt mi Gonelle. Peſtis hic paſſim ſcintillat: mox vti videt, ſequitur a. Bellũ ĩminet, malorũ omnium oceanus. Nos priuata etiã q̃dam incõmoda diſcruciãt, ꝑter quã ꝙ nuper exort⁹ eſt mihi nouus genꝰ malus beſtiola quædã perpuſilla quidẽ, ſed quę tam

mus, vt malim nõ redire. Quorſum enim attinet be neficium in eos conferre, qui non intelligunt? Nihil æque perit atq; id quod cõfertur ingratis. at longe magis perit, quod præſtatur non intelligentibus. Ingratus diſſimulat: non intelligens ne ſentit quidẽ. Si quid noui habis, quæſo facias me certiorem. Cum dabitur colloqui, communicabo tibi quod ſpero nõ ingratum fore, nec inutile ſtudijs tuis. Bene vale. Salutem ex me dices humaniſſimæ matrifamilias, ac cæteris omnibus. Demiror Lupſetũ nihil ſcribere, audire geſtio quid agat, quid valeat. Rurſum vale.

## ERASMVS ROTE. GENEROSO IVVENI THOMAE GREIO SVO

Scripſit Iuuenis.

SAlue candidiſſime Thoma. q̃ pristinam ſcribẽdi cõſuetudinem dies iã aliquot intermiſi, nihil eſt quod metuas. Vt vere res eſt, ſolliciti plena timoris amor. In amore nihil refrixi. Quid igitur? inquies? Scribere dedidici. Quid accidit: quid factũ eſt vt Eraſmus calamũ amiſerit? Rem oppido quã prodigioſam audies: ſed veram. Ego ille vetus theologus: nuper Scotiſta eſſe cœpi: quam rem: vt ſuperi bene vertãt, tu quoq; debes apprecari: ſi mihi faues Conterranei tui ſomnijs / nam Scotum: vt olim fuit Homerus: a diuerſis regionibus certatim adoptatũ: Angli potiſſimũ ſibi vindicant / adeo ſumus immerſi, vt vix ad Stentoris vocem videamur experrecturi. Itane? inquies, dormiẽs iſta ſcribis? σίγα βέβηλε ſomnũ theologicum haud quaquã ſapis. Multi dormientes non modo ſcribunt, verũ & ſcortantur: & inebriãtur: & συκοφαντοῦσιν Multa fieri re ipſa cõperio: quæ inexpertis nulla ratione p̃ſuaderi queãt. Ego olim Epimenidis ſomnum pluſquã fabulã eſſe putaui: nunc nihil miror: quippe ſimile expertus. Hic tu: ſat ſcio: dicturus es: Quas: malum mihi fabu

logiæ adytis procul arcendus,tñ vide quantum tē amem, cui rē tam arcanã aperiã. Olim Epimenides quiſpiã fuit,is qui ſcripſit Cretenſes oẽs mendaces, ipſe Cretenſis:neq; quicq̃ tñ interim mentiẽs. Nec ſatis erat ad multã vſq; ſenectutẽ vixiſſe,quin & ex tincti pellis poſt multum tẽpus reperta eſt,literarũ formulis notata.eã quidã affirmant & hodiernis tẽ poribus adſeruari Luteciæ in ſacro ſancto theolo- giæ Scotiſticę tẽplo Sorbona:nec in minori haberi precio,q̃ olim fuerit apud Cretenſes diphthera,aut apud Romanos libri Sybillini.Siquidẽ ab hac ora cu la petere dicunt,ſicubi deſtituunt ſyllogiſmis: nec fas obtueri,niſi qui quindecim annos totos M.N.ti tulũ geſſerit:ſi quis alius auſit oculos prophanos in tendere,cõtinuo fit talpa cæcior.Q̃ narro,non eſſe nęnias,vel antiquiſſimũ Gręcorũ prouerbiũ arguit το επιμενιδιον δέρμα quo rem abſtruſam, neq; vulgo proferendã ſignificabant.Quin & libros ędi dit theologicos.nã theologiæ profeſſione potiſſimũ fuit iſignis,etiãſi vates idẽ habitus eſt, & poeta .In his eiuſmodi ſyllogiſmorũ nodos nexuit:vt nec ipſe vnq̃ quiuerit diſſoluere.ea myſteria congeſſit,quæ nunq̃ ipſe fuerit itellecturus,niſi vates fuiſſet.Is fer tur aliquando pro deambulandi gratia vrbẽ egreſſꝰ ꝙ domi nihil non diſpliceret. Tandẽ ſpecũ quendã longiſſimo receſſu ſubijt,ſiue frigus captans iã ęſtu laborãs:ſiue quietẽ q̃rens,labore fatigatus:ſiue ꝙ q. a via aberraſſet(nã aberrant & theologi) metueret ne nox in agris deprehẽſũ feris obijceret:ſiue, ꝙ ve ro proximũ eſt,locũ captãs ad cogitandũ idoneum. Illic vngues arrodenti,multaq; cõminiſcẽti de inſtã tibus,de quidditatibus,de formalitatibus ſomnus ob repſit.Nõ crediturus es ſcio,ſi dixero non fuiſſe ex perrectũ,ante veſperã poſtridianã,cum diutius dor miant etiã temulenti.Imo ſomnus ille theologicus

productus eſt,vt conſtāter ferunt autores,ad annū vſq; quadrageſimū vij:& hoc negāt vacare myſterio,q nec citius,nec ſeri⁹ dormire deſierit.O hoiem mortuum,inquies.Imo mihi p̄clare videt̄ actū cum Epimēide,q vel ſero ad ſe redierit.at pleriq; noſtri tēporis theologi nunq̄ expergiſcunt̄,& cū Mandragorę indormiant,maxime vigilare ſibi vident̄, Sed ad Epimenidē expergiſcentē reuertamur. Expergiſcens igitur,vbi ſomno conniuentes oculos confricuiſſet,nondū ſibi ſatis fidēs vigilaret ne,an ſomniaret,ſpelūcā egreſſus eſt:ibi cū cerneret totā circūiacentis regionis faciē immutatā,videlicet tāto ſpatio annorū fluminū alueis alio tranſlatis,ſyluis alibi reciſis,alibi enatis,cāpis in colles tumefactis,collibus ī plana demiſſis,cum & ipſum ſpecus aditū muſcus obſidens,ac vepreta mutaſſent,cœpit hō de ſeipſo quoq; dubitare. Addit vrbem,& hic noua oīa:non agnoſcit mœnia,non vias,nō monetā,nō homines ipſos:alius cultus,alij ritus,alius ſermo:tanta eſt rerum humanarū volubilitas. Vt quiſq; erat obuius cōpellat,Heus tu,non tibi videor Epimenides? Ille ſe rideri putans,ἐς κόρακας inquit, hoſpitē quære. Ita ridiculus,menſes aliquot obambulat,donec ī cōpotores aliquod īcideret iā admodū ſenes:ab his vtcūq; eſt agnitus.Sed age mi thoma,quid tu epimenidem tot annos ſomniaſſe reris? quid aliud q̄ has ſubtiliſſimas ſubtilitates,quibus nunc ſe iactitant Scotidæ?nā Epimenidē in Scoto renatū,vel deierare nō dubitē. Quid ſi videres Eramum inter ſacros illos Scotiſtas κεχηνότα ſedentem,e ſublimi ſolio p̄legēte Gryllardo? Si cerneres frontē contractā, oculos ſtupētes,vultū ſollicitū:alterū eſſe diceres. Negant huius diſciplinę myſteria percipi poſſe ab eo,cui qc q̄ omnino cōmercij ſit cū Muſis,aut cū Gratijs. Dediſcendum eſt,ſi quid bonarū literarū attigeris:reuo

mendum ſi quid hauſeris ex Helicone. Adnitor pro virili, ne quid latine dicã ne quid venuſte, aut ſalſæ, & videtur res procedere, ſpes eſt fore vt Eraſmum agnoſcant aliquando. Quorſũ aũt hęc inquies? Ne quid poſthac expectes ab Eraſmo, ꝙ priſtina ſtudia moresve ſapiat, memor inter quos verſer, ĩter quos quotidie ſedeã: tu tibi aliũ congerronẽ quęre. Verũ ne quid erres mellitiſſime Grei, nolim hæc interpreteris in ipſam dicta theologiam, quam vt ſcis, vnice ſemper colui: ſed in noſtræ tẽpeſtatis theologaſtros quoſdã iocari libuit, quorũ cerebellis nihil putidius lingua nihil barbarius, ingenio nihil ſtupidius, doctrina nihil ſpinoſius, moribus nihil aſperius, vita nihil fucacius oratione nihil virulẽtius, pectore nihil nigrius. Bene vale. Luteciæ. Anno m.cccc.xcix.

## ERASMVS ROTERODAMVS CORNELIO AVRUTINO S. D.

Scripſit puer.

LVpis & agnis quanta ſortito obtigit, tecum mihi diſcordia eſt. Heus tu, ſi ſapis, aut q̃ primũ cũ Laurentio meo redibis in gratiã, aut bellũ tibi palã indictum intellige. Rogas vnde hęc ſubita turba? Quaſi vero exciderit, quæ tu nuper ĩ illum q̃ fœda, quã capitalia dixeris conuicia, cum hic apud nos ageres. Horreſco referens os ĩpudẽs. Tun hoĩem omniũ facundiſſimũ, quẽ optimo iure, Suadę medullã quis dixerit, audes coruum crocitantem appellare, & cauillatorẽ, non oratorẽ? Qui ſi ſuper eſſet, vah quas illi pœnas dares? Experiens tibi cum hoĩe nequaq̃ edentulo rem eſſe. Sentires tibi prouocatã eſſe cornutã beſtiã. Quę tela, quas inuectiuarum ſagittas in te vibraret? nihilo te mollius acciperet quam infelicem Pogium, At iam ſepultum ni-

hil me tuis,nimiũq́ meminiſti,non mordere mortuos.Hui perq̃ ſtrennuus es:qui in eũ lingua ſęuias q referire non poſſit.tutũ eſt in illũ quiduis tum dicere tum facere:verũ(ne protinus triumphũ adornes) non vſq́ adeo tutũ.En tibi me Laurentianę iiuriæ vindicẽ:ego illius doctrinã, qua meo iudicio, nulla probatior,tuendã mihi ſumpſi. nunq̃ cõmittã, vt eacuiuſpiã impudentia:ne dicã ĩuidentia, impune aut laceret,aut obliteret.Has igit literas fecialiũ officio functuras iſtuc ire iuſſi,quo tecum expoſtulẽt Quas tu vt tractes vide.Nã alterutra res tibi ſubeũda eſt:aut placãdi feciales noſtri,aut arma paranda. Caue vero ne lenitate mea fretus,tanti facinoris impunitatẽ tibi promittas.Sum quidẽ in me ipſũ illatarum iniuriarum paulo negligentior:at in tuendis literatis amicis q̃ ſim pugnax,q̃ ſi pertinax,ſi libet experiri,licet.Q. ſi videt Engelbertum iſtũ tuum,qui vt ſcribis,ita Caſtaliis aquis pot⁹ eſt,vt nihil expuat nihil emungat,niſi verſus,acerſendũ tibi cẽſeo. & ſi qui ſunt illius ſimiles,qualiũ vbiq́ non difficilis copia.neq́ vero mihi militum manũ defuturã putes. Non enĩ ad vnum me,verũ ad oẽs bonarũ artium amicos iſta pertinet iniuria. Omnes leſiſti literatos, cum vnum lederes Laurentiũ.Verũ ego mi corneli,nihil perinde odi,vt bellum ciuile:eoq́ pacẽ vel iniquiſſimã iudico potiorẽ.Quare ſi tu quoq́ pacem q̃ bellum mauis,me ſat cõmodo vteris mõ pacis cõditiones acceperis,quas tres potiſſimum tibi noſtri feciales offerent,eaſq́ non admodũ difficiles,ita vt neq́ multas p̃ſcribi,neq́ iniquas iure queri poſſis. Sed nunc cõponito te atq́ audi,In primis,vt ſi quid male dicendo peccaſti,bene dicendo corrigas.Laurentium pro coruo croc tãte,Suade medullã,& Atticã muſã appellabis.Deinde Laurentianas elegantias ſic ediſcas,vt eas velut vngues,digitoſq́ tuos te

neas. Poſtremo vt codicũ tuorũ, quorũ tibi magna copia eſt, nobis copiam facias, quibus hactenus ceu draco quiſpiã heſperius incubas. Rides: & tibi iocari videor? Age, ride quantũ libet: caue vero oĩa me iocatũ putes. nã de mittendis codicibus ludum putari nolim. Prę terea Laurentiũ, quẽ nemo niſi barbarus odit, ne tibi decorũ exiſtimes, linguę ſpiculo lacerare cum ſis ipſe literarũ myſtes religioſiſſimus. Bñ vale. Anno M.CCCC.LXXXIX.

## ERASMVS DORPIO SVO S. D.

IN alio ſtudiorũ genere fateor verũ eſſe ꝙ ſcribis Non lædunt, imo ſæpenumero iuuat, qui diſſentit. Hic qui diſſentit, non hoc agit vt ipſe videatur eruditior: ſed ne aduerſarius ſit Chriſtianus. Quod etiamſi non agat ille, tñ interim apud imperitã plebeculã traducit is cum quo certatur, & anſa datur peruerſiſſimo iſti hoĩm generi, qui malo alieno vel paſcunt, vel creſcunt. Nec vnq̃ admodũ ſuſpectũ habui tuum animũ, ſed fortaſſis melius nouerã ingenia mortaliũ: & cauſæ circonſtantias altius atq; tu perpendebã. Q. ſi qui cruciantur inter nos cõuenire: demus operã quo magis ac magis doleant, indigni quibus vnq̃ bene ſit, qui malis gaudeant alienis. Rumores nihil eſt ꝙ metuas: nemo mortaliũ eſt, q minus his cõmoueat, q̃ ego. Qui bene volunt Eraſmo, facile amabunt & Dorpiũ: ſi ſenſerit te mihi ex animo amicum. Heri binas a Moro literas accepi in tradidũ ibit, qui meas referet, in quibus aſſcribã q̃ cupis, imo iã quædã de concordia noſtra ſcripſeram nondum abs te monitus. Multorũ literis, magnificiſque promiſſis inuitor in Galliã, idq; regis noĩe, ſed non libet rurſus me theatro cõmittere: animus ſeceſſum flagitat, ætas hæc, ſeu potius valetudo cogit etiam quietẽ agere. Petrus Egidius tuã ſalutẽ alacriter accepit, & ſuã amanter remittit. Si quid ĩ Angliam

voles, mitte quã primũ, curabit a nobis. D. Atenſẽ oĩbus laudatiſſimũ, & tñ nunquã ſatis laudatũ, meo nomine etiã atq; etiã ſalutabis. Bene vale. Antuuerpię, nono Calendas Martias.

## REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI DOMINO THOMAE EPISCOPO DVNELMENSI ERASMVS ROT. S. D.

ORnatiſſime pſul, ex Petro vnoculo, per quẽ nuper ſcripſi celſitudine tuę, cognoui librũ Senecę tibi nõ fuiſſe redditũ. Frãciſcus fatet apud Arnoldũ fuiſſe, a quo repoſces, ſi nondũ acce piſti. Nos, gratia ſuperis, conualuimus: & breui, vt ſpero, veteres patronos reuiſemus. Faxit Chriſtus optimus maximus, vt vos oẽs offendã incolumes. Bene valeat R. T. paternitas, cui me totum dedo, dedicoq;. Antuuerpiæ ſeptimo Idus Iulias.

## REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI D. IOANNI EPISCOPO ROFFENSI ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

REuerẽde pater, ſi per valitudinẽ licuiſſet ipſe corã ſalutarem amplitudinẽ tuã, & pro tantis in me beneficijs gratias agerem. Nouũ teſtamentum cũ tibi deſtinaſſem, cur mutato conſilio ſũmo Pontifici inſcripſerim literis meis iã pridẽ expoſui; q tua eſt humanitas, imo prudentia, boni cõſules ſpero, q fecimus. Timebat hoc opus antequã prodiret: cęterũ ęditum, mirum eſt quã probet omnibus etiã theologis, vel eruditis, vel integris & candidis. Prior Friburgenſis, vir ſũmæ autoritatis apud ſuos, is eſt autor Margaritę philoſophicæ: cũ deguſtaſſet opus, ait ſe malle carere ducentis florenis aureis, quã eo libro. Ludouicus Berus theologus Pariſienſis, vir in ea promotione, vt vocant, primus, ex

oſculatur,adorat,ac deplorat tot annos in ſcholaſti-
cis illis conflictatiunculis conſumptos. Idem ſentit
Vuolphangus Capito,concionator publicus Baſ-
lienſis,vir Hebraice longe doctiſſimus, ad hæc, in
Theologica paleſtra exercitatiſſimꝰ:vterq; Gręcis
literis ſedulo dat operã. Huic ſimillimũ repperi Ma
guntiæ & colonienſẽ ſuffraganeũ. Vt reliquos omit
tã,epiſcopus Baſilienſis vir grandeuus,vitę integer
rimę,& impenſe doctus,quid nõ humanitatis ĩ me
contulit?quid non obtulit?Cũ oĩa recuſarẽ, coegit
tñ vt equũ acciperem,quẽ mox vrbẽ egreſſus quin
quaginta florenis aureis reuendere potuiſſem. Dux
Bauariæ Herneſtus miſſo huius rei gratia Baſileam
vſq; nuncio,ducentos obtulit aureos annue,pręter
ſacerdotiorũ ſpem,pręter munera magnifica,tñ vt
Angelopoli(ea eſt Bauariæ ſchola)viuerem,Idem
fecit epiſcopus quidã Germanus,cuius cognomen
in præſentia non ſuccurrit. Sed deſino gloriari,cum
huiuſmodi permulta veriſſime queam referre. Scio
me nihil horũ promereri;& tamen gaudeo noſtras
qualeſcumque vigilias,non diſplicere bonis. Multi
legunt hac occaſione diuinas literas,nunquam alias
lecturi,quod ipſi fatentur:complures grecas cœpe
runt,imo paſſim Diuus Hieronimus proximo mer
catu Francfordienſi totus prodibit. Nunc per hunc
Petrũ vnoculũ hac de cauſa meo ſumptu meoq; pe
riculo miſſum, mitto archiepiſcopo Cantuarienſi
quatuor epiſtolarũ volumina quorũ copiam ille ti-
bi lubens fecerit. Ad diuum Audomarũ vſque per
ueneram,in Angliam traiecturus:ſed febricula ob-
orta, fecit quo minus me committerem nauigatio-
ni. Cũ licebit,aliqua declarabo me non omnino im
memorem tantæ tamque effuſæ in me beneficẽtiæ.
Princeps Carolus ad regna nouem & decem(vt fe-
runt) accerſitur. Mira felicitas;at precor,vt ea noſtrę

quocꝫ patrię ſit felix, non ſolū principi. Cum Baſi-
lea relicta per Lotharingiā iter facere pararē, paſſim
obuios habui milites, vidi ruſticos ſupellectilē ī pro
xima oppida cōportare. Rumor erat Lotharingos
adoriri velle, ſed incertum erat a quo mitterent. Mi
hi ſubolet a Cæſare dimiſſos quęrere qui ſalariū illiꝰ
vice dependat. O miros Chriſtianorū pincipū luſꝰ
Sic tumultuamur, ſic κυβεύομεν & tñ Chriſtiani
nobis videmur. Verū hæc, mihi meiſqꝫ ſimilibus tm̄
deplorare licet. At vtinā oēs pontifices, oēs cardina-
les, oēs magnates, omnes theologi in hoc conſpira-
rent, vt his malis pudendis aliquando finis impone
retur: verū id nunq̄ fiet, niſi, ſemoto priuati cōmodi
ſtudio, publica tm̄ ſpectet̄ vtilitas. Ita fieret, vt &
priuatim quiſqꝫ melius haberet. Bene vale. meliꝰ va
lebo, ſi tuas merebor accipere literas. Apud diuum
Audomarum Nonis Iunijs.

## ERASMVS ROT. RIMACLO SVO S. D.

TAndem effugi exergaſtulo Baſilienſi, ī quo
ſex annorū operas, octo menſibus præſtiti.
Mirū mi Rimacle quantis ſtudijs, quibus cō
ditionibus me ſolicitarit ſuperior illa Germania: quę
regio mihi ſic modis omnibus arriſit, vt nulla ſub ſo
le magis. Hanc epiſtolā Antuuerpię reliqui, Bruxel
lam veſtri conueniendi gratia aditurus, idqꝫ hoc cō
ſilio, quo ſi forte fortuna euenerit, vt nō ſit cōgredi
endi copia, hæc meis verbis ſalutē diceret amicis qui
bus me redditum vehementer gaudeo. Bene vale.
Et Aloyſium, ſi adeſt, meo nomine ſaluta diligēter
Antuuerpiæ. Calendis Iunijs.

## CLARISSIMO D. IOANNI SYLVAGIO REGIS CATHOLICI CANCELLARIO SVMMO, ERASMVS ROTERO. S. P. D.

TAndem explicui me e laboribus Baſilienſibus
vir clariſſime, fortaſſis ſerius & meis votis, &

amicorū expectatione: ſed tñ pro operis mō per. ꝑpropere, quippe qui libello De principe inſtituendo nondū abſoluto diſceſſerim, cū magnopere cuperē id muneris offerre pricipi, deerat nōnihil adhuc & in Hieronimo. Quod ſupereſt, ex tuo potiſſimū conſilio faciā, ꝙ erit faciendū. Has literas hoc cōſilio reliqui Antuuerpiæ, vt ſi forte fortuna nō cōtigiſſet mihi Bruxellę aut mechlinię tui cōueniendi copia, hac ſaltē ratione tuā celſitudinem ſalutarē. Nam ipſe Montioium adeo illinc quēpiā in Angliā tranſmiſſurus, qui volumina Hieronimi, quorū æditionem inſcripſi Cantuarienſi, illi reddat, ſimulque cæteros amicos meo nomine cōueniat, ac cenſum anni ſuperioris colligat. His reb⁹ cōfectis, mox ad vos me recipio. Interea valeat Incolumis tua celſitudo vir icōparabilis, et patrone ſūme. Antuuerpię Cal. Iunij

## R. P. D. PETRO CARAFFA, EPISCOPO THEATINO NVNCIO APOSTOLICO APVD ANGLOS, ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

REuerende pater, ſenſi, ſenſi, ſed ſero ſenſi errorē meū de munere tuo. Admonuerā vt non ſolū faueres, ſed etiam adiuuares. At ꝙ ego de literis, ac doctrina ſentiebā, tu de pecunia putabas dictum. Dici non poteſt, quoties me poſtea puduerit facti. Nouū teſtamentū iā propemodum abſolutū eſt, & quidē ſatis feliciter, niſi ꝙ ego laboribus enecor. Adeſt qui in Hebraicis nonnihil ſuccurrat. Operis ſūma ſuccreſcet ad octoginta ferme terniones. Certū eſt Leoni decimo dicare. Epiſtolā ad illū ſcriptā opinor te vidiſſe: iā enim typis excuſa eſt, in qua tui quoq; memini. Hieronim⁹ gnauiter procedit, ſed opus immenſum. Bene vale. Baſileæ. Decimo Calendas Ianuarias.

# ERASMVS ROTERODAMVS MORO SVO S. D.

IAm ad iter accincto binæ ſimul mihi redditę
ſunt literæ, neq; puer vllus, neque mercator
nos viſit. Maruffi ſyngraphā exhibui Gaſ-
pari, ea iubet dari ducatos largos iuſti pōderis, aut
valorem. Agnoſcis non Craſtrenſe, ſed Mercuriale
verbum. Rogaui quis eſſet valor. Reſpondit Stufe
ros. xxxvij. cū dimidiato. At mihi inquā, valor nihil
aliud ſignificare poteſt quā publicā principis ęſtima
tionē At nos inquit hūc habem⁹ morē. At iſta inquā
ratōe nos fallimur, qui veſtrū morē diuinare nō poſ
ſum⁹ ex ſyngrapha. Recepi ſyngraphā meā. Admo
nebis igit hominē non eſſe mihi conſilij quīdecim
florenos perdere in ſexaginta nobilibus. Rogabis ar
chiepiſcopum vt pecuniā tibi tradat, tu collocabis
apud Germanos Sterlingū. & ſcriptum huc mittes
quo hic recipiā: niſi erit per quem huc mittas rectius
Exhauſi loculos oēs dum me veſtio. Crede mihi mi
More, effudi ſupra quadringētos florēos. Iā pericu
lū eſt ne bene veſtitus fame moriar. Si Tūtallus hic
hyemat, illi me adiungā, nam id impenſiſſime cupi
Adijt, hæc cum ſcriberē: Petrum AEgidiū hoſpes
Anglorū, offerens ꝑcia librorū. cæterū de noſtra pe
cunia nullū verbū, De Vrſauuico fac inſtes. Hiero
nymus intra biduum aderit cū ingenti ſarcina litera
rū ad me. Vbi accepero: faciā te certiorē ꝙ te ſcire
oporteat. De inſula deq; cęteris: curabunt oia. Hęc
ſcripſi inter cōponendum ſarcinas, mox equum co
ſcenſurus. Bene vale chariſſime More: cum tuis oi
bus. Antuuerpiæ. Poſtridie Calen. Octobr. Anno
M. D. XVI. Caraui vt Cantuarieſis: Coletus, Ro
fenſis: Vrſauuicus: & tu ſi vis: inter primos accipia
tis Hieronimi volumina. Rurſū vale. P. Egidius pla
ne te deamat. Nobiſcum aſſidue viuit. Miræ fauet
tuæ Vtopiæ: teque valde ſalutat cum tuis omnibus

REVERENDISSIMO CARDINALI EBORACENSI ERASMVS ROTERO.

Reuerendiſſime pater ſalutē plurimā. Tametſi nō ignorabā ātea celſitudinis tuę ī me fauorē tñ id plenius hodie cognoui ex oratione clariſſimi Montioij. Eram corā acturus gratias reuerēdiſſime T. D. ſed hic ventus: & libri iā pridem relicti me iā dudum reuocant. & ſciebam quantis negociorū vndis in pſentia iactetur exerceaturq; E. T. R. D. Q. ſupereſt huius negocij, literis tranſigetur. Vbi vobis decretum erit quantum meo ocio ſatis eſſe putetis: meum fuerit dare operā: vt ita dimittar a principe meo: ſicuti par eſt ab optimo ac benemerito diſcedere. Cæterum quicumq; erit euentus: pro regia ī me indulgentia: proq; celſitudinis tuæ propenſiſſimo ſtudio ſemper debiturus ſum: quam vtrāq; incolumem in multā ætatē tueatur omnipotens. Londini

ERASMVS ROTERODAMVS MORO SVO S. D.

Lupſetus exiſtimat ſe noſtra renatum opera planeq; ab inferis emer ſiſſe. Magiſtri moliuntur oīa, quo retrahant adoleſcentē in ſuū priſtinum. nā ſtatī eodē die ſophiſticis libris diſtractis: Gręcos emerat. Vide: vt cū īciderit opportunitas gnauiter agas partes tuas. Nihil huius ingenio gratius. nihil amantius. Bene vale. Verto librū Plutarchi De diſcernendo adulatore ab amico: longiuſculū, ſed q̄ nō alius mihi magis placet: abſoluā: fauētib9 ſuperis: intra dies octo. Vr mihi hoc propemodū magis ad rem pertinere: q̄ digladiari cū Vigilantio duce Hieronymo. rurſū vale. Si videris Lazarū nrm hoīem plane Muſis & Gratijs natū: que ſo ſalutes diligenter. hortare: vt perſcribat mea que habet in manibus. Nā habeo q̄dā pluſq̄ noua quæ non dubitem illi futura gratiſſima. Milies vale. Cātabrigiæ. Anno M. D. X.

# ERASMVS ROTERODAMVS MORO SVO S. D.

NVper faſciculũ epiſtolarũ ad te miſi vna cũ
exẽplo Vtopię per quendã tibi vehemẽter,
vt aiebat, amicũ, oneraſſem pluribus, ſed ve
rebar. Nunc alium nactus, mitto Reuchlinica oĩa in
vno libello, quę ita cõmunicabis Roffenſi, vt q̃ pri
mũ legat, ac remittat. Nã quędã ſunt, q̃ nuſq̃ reperi
as. Tu lege propoſitiones plane Theologicas, abyſ
ſales ſapientias, & articulos Arnoldi Tungrenſis.
Mitto vnã epiſtolã ad Marlianũ, ꝙ is ſuſpicatus eſ
ſet priorẽ librũ Vtopiæ a me profectum: id nolebã
ſerpere. Dialogus ille Iulij & Petri, vt intelligo, iam
τω καγκελλαριω μεγαλω in manibus eſt: & vnice
placet. Moriã in dies expectamus. Vtopiã tuã reco
gnitã huc q̃ primũ mittito, & nos exemplar aut Ba
ſileã mittemꝰ, aut ſi mauis, Luteciam. Si quid habe
Ammonius, cura vt q̃ primũ ad nos veniat. Nã pri
ceps abitum adornat: & nos quo aut q̃n profectu
incertũ habemus. Exigitur a populo ĩgens pecuni
eaq; p̃ſens. Poſtulatio recepta ab optimatibus, ac p̃
latis, hoc eſt, his qui ſoli nihil daturi ſunt. Nunc ci
uitates conſultant ο αυτοκρατωρ alias αναπλα
nũc adeſt manu magnifice armata: & agri paſſim co
plent militũ gregibus, & vnde aut cuius nomine
veniant incertũ. O miſeram hanc regionẽ a tot vul
turibus arroſã o feliciſſimã, ſi ciuitatũ inter ipſas eſ
ſet concordia. Significa nũ eodẽ aĩo ſit in me Cãtu
arienſis & Coletus, atq; itẽ Roffẽſis, de quo tibi nu
per ſcripſi. Pater eiꝰ qui has reddidit, nos lautiſſimo
prandio accepit vir diues ac probus: multa teſtatus
de tuo erga ſe officio. Adiuua me quęſo, tuo conſilio
Budaicam poſtremo ad te mitto, Precor Maruffo
quo dignus eſt, cũ ſua ſyngrapha. Nã Saulos iſtos
nuſq̃ licet cõprehendere, ni Brugas proficiſcar. Bi

vale More ſuauiſſime. Antuuerpiæ Calẽdis Martijs. Adeſt iſtic Franciſcus, ſi nondũ Hieronym⁹ expletus eſt Cantuarienſi, ab hoc exigat: debet enĩ. Remitte exemplaria epiſtolarũ quas nunc mitto, & q̃ reddidit Lupſetus: ſed ꝑ hoĩem certũ. Rurſũ vale cum tuis.

ERASMVS RORERODAMVS MORO SVO S. D.

MIſi duas literarũ ſarcinas, alterã per negociatorẽ quendã, alterã per filiũ Ioannis Crulli cui tu operã tuã nauaueras, ei cõmendaui codicẽ, in quo erant Reuchlinica: q̃ miſere deſiderabat Roffenſis. Per priorẽ, miſi libellum Reuchlini, verſũ meo ſumptu. Mitte Vtopiã vbi primũ licebit. Eſt Antuuerpię ſenator, cui vſq; adeo placet vt eã memoriter teneat. Epiſtole Dorpij, cui reſpondiſti, ſic a tuis deſcripta eſt, vt ne ſybilla qdẽ poſſit legere: vellẽ mitteres minus male ſcriptã. Quęſo te vt ſcribas de omnibus diligenter, cũ primũ licebit. nam hic magna rerũ mutatio videt̃ inſtare, niſi me animus fallit. Bene vale cũ tuis omnibus. Qui has perfert ꝓbus eſt iuuenis: ei promiſit neſcio quid Sixtinus. is ea fiducia petit Angliã, ignarus ex ſimplici promiſſo non naſci actionẽ: ſed tñ extimula hoĩem, vt magis ei faueat. Si Pollio crebro fuit apud te, facile conlectabis quid ego paſſus ſim Bruſellæ, cui quotidie cũ tot ſalutatoribus Hiſpanis fuerit res p̃ter italos et Germanos. Rurſũ vale. Antuuerpię. poſtridie Nonas Martias.

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO AEGIDIO SVO S.D.

OPtimi patris mortẽ vt doleo, ita felicẽ exiſtimo qui ſic deceſſerit, qñ hac ſorte naſcimur oẽs: nihilq; diu diuturnũ in rebus humanis, nedũ perpetuũ. Q, cõualueris gaudeo, atq; vt ippe

tuum ſit opto. Quã quã Iacobũ onerari multis mã-
datis: tñ vnũ quiddã oblitus ſum: ꝙ maxime curatũ
oportuit. Scribit ad me archiepiſcopus Cantuarien
ſis: vt hic ab amico quopiã viginti libras Sterlingñ.
accipiam & ſyngrapham mittã: ſe protinus reſolu
turũ. Qñ igitur vt audio non licet exire: acceriſe ad
te Ioannē Grulliũ. aut ſi quis eſt magis idoneus, q
tibi numeret pecuniã: ac ſyngrapham meã recipiat
aut mihi negociũ cõmittat: curabo vt in Anglia pe
cunia numeret ei, cui voluerit is qui dedit. Quod ſi
archiepiſcopus nõ dederit: ꝙ tñ ſecus fore ſcio: ipſe
reddam. Tu: ſi poſtulat. fide iubeto: ꝙ erit tibi bonũ
atq; cõmodum: qñ pecunia manebit apud te. Mea
refert vt hoc quã primum fiat, Scis quã ob rē: Quo
mox ad proximũ paſcha liceat honeſtiꝰ iterũ petere
Quam ob rem hoc agas velim: ꝙ meo bono, nul-
lius incõmodo fiet. Morus adhuc eſt Galeti: magno
vt apparet uo tum tædio: tum ſumptu: & in nego
cijs longe odioſiſſimis. Sic reges beant amicos: hoc
eſt a cardinalibus adamari Sic & Paceum iam ſupra
biennium apud Eluetios relegatum detinent. Epi-
ſtolam illius fac habeamus. Vtinã tuo fiat cõmodo
vt hic nobiſcum hybernes. affati cõferemus fabulas
noſtras. Paraphraſis iam ad calcem decurrit. Trigin
ta ſex philippeos: & vt opinor: præterea nonnihil
reliqui apud Nicolaum: vt ſolueret pro ſtragulis: &
ita reliqui: vt ſoluta pecunia reliquum tibi reſtitueret
& memini me ſcripſiſſe ſuper hac re: tu tñ nihil re-
ſpondes: fac vt ſciã. Ne remittas N. ſuos libros prius
q̃ viderimus. Agit Cantabrigiæ: illic Grecas profeſ
ſurus literas. Diſſimula illius literas tibi redditas. Me
dicus petijt inducias quatuordecĩ dierũ. Tu ſi forte vi
deris hoiem: finge te pude factum apud me: ni reſol
uat ꝙ promiſit, idē dicat M. Nicolaus: q audierit e
ſic deierãtem Optaſſem ſigillũ tēperius miſſum fu

ſe. Sed tibi nihil imputo: non ignarus quomõ tua ipſius agas negocia. Incluſi tuis literis ſyngraphas meas: & epiſtolam Cantuarienſis. Si aut abeſt: aut friget Grullus: confido Franciſcum nõ grauaturũ. Bene vale amicorum ſynceriſſime. Louanij: decimoſeptimo Calendas Decembres.

ERASMVS ROT. GONELLO SVO. S. D.

SEmper equus meus ad me redit & habitior & alacrior mi Gonelle, ſatis præ ſe ferens nutricij ſui tum diligentiã, cũ felicitatẽ. Quare te maiorẽ in modum rogo, vti pergas, queẽadmodũ cœpiſti curare baiulum noſtrũ. Quid ni, noſtrum appellem cum amicorum cõmunia ſint oĩa? Dabo operam ne officiũ tuum ĩ hoĩem parum memorẽ: parumq̧ gratum collocaſſe videaris. Bene vale Gonelle chariſſime. Cantabrig. ſexto Calendas Octobres

ERASMVS RO PETRO. AEGIDIO S. D.

VTinam eſſem ſanior animę tuę pars quemadmodum tu vocas. Nunc ipſe parum valẽs ægroto morbo alieno, & tamẽ ob negocium Noui teſtamẽti nõ vacat ægrotare. Nõ video ſpem, niſi primum imperes tibiipſi, deinde ſuſcipias iter aut huc aut Gandauum. Illic eſt Clauus medicus maledicus: ei te cõmendabo ſi velis vt te vel cõuicijs adigat ad curandã ſalutem. Abſtine a pharmacis deijcientibus naturę vires. Expatiare comite Nicolao aut ſimili amico fido ac iucũdo. Quicquid eſt litium, procul abijce. Prudentis eſt, ante omnia vitæ cõſulere. Bene vale. ita ego minus incommode valuero. Louanij, tertio Nonas Maias.

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO AEGIDIO SVO. S. D.

CHariſſime Petre AEgidi, ex aula recepi adhuc centum florenos: reliquum promittunt breui. Si certus aliquis tibi con-

tinget, aut ſi Iacobus huc venerit, mitte mihi Pſalte
riū octaplum tuū. Nā hic penes neminē eſt: & eo
opus eſt in apologia q̄ paro aduerſus Fabrū. D. Me
dico me vnice cōmendabis. Miſiſſem illi ſuam gram
maticā: ſed Apologia nōnihil ab inſtituto deduxit.
Bene vale mi petre ſuauiſſime. Patri & vxori ſalu-
tē dices. Nos, gratia ſuperis: mediocri valetudine ſu-
mus. Vrge Quintinū vt perficiat. q̄ vbi erit factū
aduolabo cōſultaturus, quō poſſit cōmode tutoque
mitti in Angliam: ſimulq; Quintino ſatiſfaciemus.
Dū cū Fabro litigo, dies perdidi iā octo. Rurſū va-
le: imo da operā, vt q̄ optime valeas. Magiſtro Ni-
colao ludimagiſtro multā ex me ſalutem dicito: qui
qm̄ me ſibi obſtrictū eſſe voluit, circūſpice, qua nā
in re queā illi viciſſim gratificari. Dederam Ioanni
tuo negocium de ſella Bruxellæ emenda: quid actū
ſit, ſcire cupio.

## ERASMVS ROTERODAMVS CORNE LIO BATTO S. D.

CHariſſime fili, tuā erga me pietatē lubens am
plector, faciāq; pro virili mea portione, vt in
telligas defuncti Batti neque memoriā: neq;
charitatē apud me intermortuā. Tu modo cura, vt
optimo, doctiſſimoque patri literis, ac moribus re-
ſpondeas. Ego nunc Baſileā adeo. ſic enī res poſtulat.
Si iſtic es tolerabili conditione, perdura vſque ad re
ditū meū. redibo enī volente Chriſto: menſe Octo
bre. Sin minus: cōueni Louanij Ioannē Honti ſco
tanū Lilienſis pedagogij moderatorem, & ex illius
conſilio pete Brugas, cōuenturus dominum Mar-
cum Laurinum coadiutorē vt nunc loquūtur: De
cani ſancti Donatiani: cui de te ſcribā hodie. Opti
mum & humaniſſimū patrē D. Goſuinū meis ver
bis ſaluta diligenter. Optarim te literis græcis ope
ram dare: & euoluēdis bonis authoribus. Accipit

his literis incluſum nobilē Flandricū aureū: animi in te mei pro tēpore qualecūq; pignus. Bene vale mi Corneli. Louanij, tertio Calendas Maias.

ERASMVS ROTERODAMVS GLAVAE SVO S. D.

NVper videbaris optare Græcum Herodotū eum ad te dono mitto. nā facile mihi reperiet alius in hoc itinere. Bene vale. Cæſarem vix poſſum ſalutare, qui nuper nos tam ſuperbe deſtituerit in cœna. Louanij, tertio Calendas Maias.

ERASMVS ROTERODAMVS MARCO SVO S. D.

SCripſit ad me Batti ſynceriſſimi quondā amici mei filius Cornelius Battus, iuuenis bñ linguæ ſatiſq; doctus, ſed loripes: is tenet huius regionis deſiderio, nā Gruningæ agit hypodidaſcalū. Si forſitan te adierit, expende num tibi poſſit vſui eſſe: ſin minus, remitte illum Louaniū. Noli vt mea cauſa quicq̄ agas aduerſus animi tui ſententiā. Bñ vale. Scribā alias copioſius. Louanij, tertio Calen. Maias.

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

VTinā iſtam animi impotentiā poſſis vincere: & tuę valetudini pernitioſā, & ad res gerendas adeo inutilē, vt vehementer etiā officiat. Quid opus erat aperire ſtomachum aduerſus medicum? Sciebam illū nihil daturum: tm̄ iubebat cœmediam agere. Nunc ſi faciem perfricuerit: ne tātulū quidē ſpei fuerit, & incipiet palā eſſe hoſtis. Q ſi certa ſpes fuiſſet, mali ego centū fraudari cyathis, q̄ te ſemel acerbius cōmoueri. Crede mihi, niſi ab his duobus tēperaris, animi perturbatione, & intēpeſtiuo coitu, non lubet eloqui quid tibi timeā mi Petre chariſſime. Quare te maiorem ī modū oro, omnia poſtponito tuę ſaluti. De aduētu noſtro ad Chriſti

f

natalem medici gratia ſcripſerā,non ſerio,ne vel tu
fruſtra ſperes,vel vxor fruſtra metuat. Certum eſt
eni hinc non migrare,donec ꝙ eſt ī manibus abſol
uero. Paraphraſis q̄ exorſus ſum in tabulis,iā abſo-
luta,excudi formis cœpta eſt. Adeſt Borſalus huius
collegij contubernalis,conuictor omnium feſtiuiſſi
mus. Vtinam tibi integrū eſſet totā hyemē nobiſcū
agere,& iſtis negocijs quę te fruſtra cruciāt,iuberes
μακρακλαιειν Placet Mori carmina. Appulit hu
Hebręus quidā Mattheus,ſuæ linguæ egregię peri
tus. ſpero fore,vt hic illi ſalarium decernāt ex Buſli
dij legato. Si me amas, oībus poſthabitis,da operā
vt valeas. Magna morbi tui pars, ab aīo pendet. Si
cōmodum eſt,accerſe ad te Frāciſcum & vide vtrū
velit facere ꝙ ſcribit Lachnerus. an non:ſed verbis
benignis,vt mihi ſi nolit alia via proſpiciā: non eni
ſinā vt impune me luſerint. Si Linacri Galenus ad
uectus eſt e Lutecia,rogo emas. Bene vale cū tuis
omnibus amicorum ſuauiſſime.

## ERASMVS ROTERODAMVS AEGI DIO SVO S.D.

De his quæ nobis attulit Iacobus, oīa recte
habēt: nec diffido quicq̄ de M. Nicolao, ſed
mirabar tibi pecuniā non eſſe redditā. Do
leo te angi mœrore: at ego non ob aliud repetebam
mea, niſi vt tibi ſolicitudinē adimerē. De ſigillo nihil
incuſo, tm̄ extimula hoīem per famulū tuum. Vtinā
ſciſſem Pacęum iſtic adeſſe (nam id ex illius ītelligo
literis) protinus aduolaſſem. Epiſtola ad Dorpium
me non valde cœpit: quāq̄ eam nōdū perlegi. Quę
ſo ꝙ officium mihi offerunt Franciſcus & Crullus
vt pro me ſcribant archiepiſcopo, aut quid diffidunt
cum pecunia ſit manſura ī manibus tuis te fideiuſſo
re? Neq; tibi eſt vllum periculum, niſi vt eandē pe
cuniā reddas, ſi quid accideret. O feſtiuos nugones

& libellos amicos futuros, ſi incideret neceſſitas. Ob
fecit Crullus Cantuarienſem non eſſe Cancellariū
alioqui vel donaret opinor. Si grauant, ſine illos: ſin
facient, facient ſine vllo ſuo periculo rem gratā: ſed
opus eſt feſtinatione Medicum mi Petrę neglige,
& fabulā nobiſcum age. Extremæ literæ magis ac
magis ſcurrā olent: verū hęc bene erunt. Tu tm̄ cu
ra, vt ſuauiter viuas, teq; reb⁹ melliorib⁹ ſerues: nos
ſatis valemus. Mitto Paraphraſin vnā emendatam
Vxorculę benę precor, cæteriſq; tuis omnibus. Lo
uanij. Anno M.D.XVII.

ERASMVS PETRO AEGIDIO SVO, S.D.

DEmiror quid illi furcifero meo venerit in
mentē, vt iſtinc tā ſubito diſceſſerit: nā eo
dem die ſcripſerā ex Mechlinia, quid fieri
vellem. Obambularat animi cauſa nebulo, iſtīc Me
chliniā, inde Bruxellā, inde Louanium, illic demū ī
Dieſt: poſt menſem huc peruenit, perditis veſtibus
& conſumptis decē aureis, itaq; abieci portentum,
Cura vt hęc epiſtola reddat Cācellario, quā tuę ad
iunxi. Edidimus aliquot epiſtolas: & inter has illam
qua Dorpio ſatiſfacimus, & illius epiſtolā adiūctu
ri, ſi miniſtro cōmiſiſſes, vti iuſſerā. Libellū adferet
bibliopola. Excuſū eſt enchiridium, additis alijs qui
buſdā. Nouū teſtamentū cœptū erat, ſed rurſus iter
miſſū ob inopiā caſtigatoris: ſimulatq; vel paululū
dabit ocij, tuū ędemus epithalamiū. Sedebimus hic
vſq; ad menſē Nouēbrē. Bn̄ vale cū tuis omnibus
amicorū optime. Anno M.D.XVIII.

ERASMVS PETRO AEGIDIO SVO
S. D.

ACcipies ab hoc nauta Antonio mea ſeri
nia, vnum quadrum ligneum funi-
bus obuinctum, tria Gallica corio ſul

lo circontecta: repones vel apud te, vel alicubi in tu to, donec ipſe aduenero. Naute, ſi videbitur, ſolues, niſi forſitan hic a me pecuniã exegerit: nondũ enim cum illo ſum pactus. Salutato Montioio & alijs ali quot amiculis, mox adero, fauentibus ſuperis, & oĩ bus de rebus corã confabulabimur. Illud demiror, Franciſcum bibliopolã huc abſq; tuis veniſſe lite ris. Fac vt meę res in tuto ſit, qua sę eaſdẽ tuas eſſe du cito. Bene vale amicorum optime. Londini. Anno M. D. XIIII.

ERASMVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

DEum immortalem, quid imprecer iſtis cõpe rendinatoribus? S. Hieronymus nondũ eſt concinnatus, fac oĩbus extimules Callipides iſtos: ſin eſt, cura vt q̃ primum ad me veniat. Petr⁹ Codes fortaſſe decumbit, nã audio non mõ ſpolia tum, verumetiam delumbatũ. id ſi verum eſt, doleo vicẽ hoĩs. Iã Coleto ſcripſi vt ſuccurrat hoĩ. Tun ſtallus item ex aĩo dolet. Nolim te huc vocari cuo in cõmodo: q̃ ſi eſt, cur huc te recipias, venies gratiſſi mus Tunſtallo, tum adferes tecum argentũ, relatu rus aurũ. Franciſcus ſoluit, vt ait: cæterũ pro Petro negat ſe fide iuſſiſſe. Accepi ſyngraphã a Maruffo qua nonnihil auxit ęſtimationẽ ducatorũ. Vtopia i manibus eſt typographi. Bñ vale cũ dulciſſima cõ iuge: optimum parentẽ meis verbis ſalutato dilige ter. Bruxellæ. XIIII. Calendas Decembres.

ERASMVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

TE filia auctũ gaudeo, tũ cõpatrẽ Tunſtallũ tibi gratulor. quo viro nihil habet hæc ætas nec eruditius, nec melius, nec humani⁹. Age ad iſtũ tenorẽ vices gignendi fac ſerues, vt æqualis ſit numerus filiorum ac filiarũ. Mihi iã non videor viuere, adempto Tũſtallo: nec video tñ quo fugia

Montioius abeſt long'us. Louanium, tametſi cum theologis vtcũq; reditũ eſt i gratiã, duri⁹ tñ nos ac ciperet in quadrageſima. Hic ſedere diuti⁹, oĩno nõ eſt animus: ſi citra tuum incommodũ cedere potes cubiculũ vnũ, ꝙ habet latrinã, fortaſſis iſtuc immi grabo, paratur us ꝗ mittam Baſileam. ꝙ ſupra ſolitã rationem impenderis, mihi volo imputari. ita nec te magnopere grauabo, nec tu me, Fac igitur vt ſciã ꝗ primum. ſed caue nequid moueas domi tuę, donec abs te factus certior te viciſſim reddidero certiorem De pecunia nihil adhuc audio, tñ mea nõnihil refert ne ea diutius ſit in manibus fœneratorũ. Vxorculæ tuę ſuauiſſimæ, fauſta oĩa precor. Fabulę rerũ noſtrarũ prolixiores ſunt ꝗ vt literis cõmitti poſſit. Nuper apud Cancellarium prandens: honorificã tui feci mentionem: & accepit ſatis pronis auribus. Patri optimo, iã bis patri, multam ex me ſalutem dicito. Bene vale. Bruxellæ. pridie Agnetis

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

OPto parenti tuo optimo, id ꝙ eſt optimum. iterũ atq; iterum te rogo chariſſime Petre vt ꝙ mutari non poteſt, feras certe moderate, neu te cõficias dolore, tibi exitiabili, tuis graui et acerbo, mihi Moroq; acerbiſſimo. Serua te tibi: ſerua te tuis, ſerua te rebus proſperioribus. Siue pater eſt incolumis, ſiue ſecus, ſcio te grauiter occupari, non luctu ſolum, verumetiam negotijs. Proĩde ne quid ex meis etiã accedat, miſi Iacobum meum, vt ꝙ habes rerum mearum, huc adducat, ſi quid tibi poteſt eſſe vſui tolle, & ſcribe, quid ſuſtuleris. Atq; vtinã ſumma oĩm ꝗ habeo, patris tuamq; ſalutẽ queã redimere. Veniſſem ipſe, ſed metuo pituitam, & ſũ in reſtituendo Nouo teſtamento totus. A Moro binas accepi literas. Cura vt valeas, & te fortem virũ ꝓbeas

Si quid erit in quo tibi queã facere gratũ, facito periculũ: an ex aĩo te diligã. Louanĳ. pridie Martini.

ERASMVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

SOles vltro me tuis prouocare literis, at nũc nec laceſſitus reſpondes. Scripſeram de cõmẽtarĳs de quibus cũ Badio pactus erã: habebã Franciſcũ nõnihil ſuſpectũ, ꝙ parũ integra fide rẽ tractaſſet: itaq; cupiebã tuis literis certior fieri. Dici nõ poteſt q̃ doleã noſtros paulatim his inuolui bellis: tot iã bellis, vel vt verius dicã latrocinĳs diuexatos. O theologos elingues, o mutos epiſcopos, qui tales rerũ humanarũ peſtes taciti ſpectant. Scribito mi Petre, ac vale.

ERASMVS GONELLO SVO S. D.

LOndini ſalutaui Mecœnates meos, Archiepiſcopum, & Montioiũ. ad hæc, amicos aliquot deſtinarã munuſculo adoriri, & in his D. Elemoſinariũ, nunc epiſcopũ Lincolnienſẽ: ſed offenſus Londino (nondum enĩ illic verſari tutum eſt ob peſtilentiam) in aliud tẽpus diſtuli. Rex laborabat cum illic eſſem: hoc eſt Richemondiæ, ſabbato proximo: ſed medicus aiebat eum euaſiſſe periculum. Adeſt Londini ſummi Põtificis nuncius, epiſcopus Theatinus, vir, vt aiunt vndequaq; doctiſſimus, de pace inter principes tractaturus, ſed fruſtra is magis, ni fallor, ſuum aget negociũ, q̃ noſtrũ. Proximo Maio rex traĳciet, vnaq; ſororem Mariã ſecũ abducet, nupturã pricipi noſtro. equum remiſi: mone ſæpius, vt pater eum bene tractet. Eſt apud me ꝙ putem tibi gratũ fore: ſed mirũ quãta hic ſcriptorũ inopia. Bene vale Chariſſime Gonelle. D. Greſanum meis verbis ſaluta.

ERASMVS AEGIDIO SVO. S. D.

SAlue chariſſime Petre. Per oīa ſacra te oro vt ſortē humanæ conditionis forti feras aīo. De patre bene ſpero, ſed tñ ſi qd accidat, caue ne duos ſimul amittā. Quid iuuat inanis, imo noxius dolor? Mone Nicolaum in primis, vt rem diſſimulet neq; cuiq; effutiat, ad quē adeat in Angliā, aut cuiꝰ noīe accerſitus, et ſi non eat, tñ taceat: fingat cauſam a vera alieniſſimā. Rem ex ſecretarij literis, & ex Iacobi mei ſermone cognoſces. Bñ vale amicorū optime, & virum te pbe, imo memineris hoīem eſſe te, & vitæ huius fabulā age. Bene precor tuis oībus, et in primis optimo patri. Scripſi Baniſio. Louanij tertio Nonas Nouembres. Mi animæ, poſt iſtas pcellas, inſignē aliquam ſerenitatem expecta, atq; illi te ſerua. Rurſum vale. Si quid opus erit vel in tuo negocio, vel in negocio Nicolai, ipſe aduolabo.

## ERSMVS PACAEO SVO S. D.

PLane confido, qui tui eſt īgenij candor mi Pacęe, te perpetuum amicū futurum: nec ob id deſciſces ab amicitia q tanto ſis felicior. Atq; vtinā ſis multo etiā felicior. Si cōmentarij noſtri iā aduecti ſunt, vt puto. fac diligenter recondas: aut (q malim) apud Morum deponas, donec repoſcam. Linacrum fac in amicitia retineas: & ſi fieri poteſt, etiā Grocinum. Non hæc ſcribo, q vel metuā aliquid, vel quicq; ab illis expectem commodi, ſed quod tales viros perpetuo velim amicos. Nō egent illi meis præconijs: illud tamen auſim dicere, nec inter Anglos eſſe, qui de illis vel ſenſerit magnificentius vel prędicauerit honorificentius, quam Eraſmus. Et nō libet meminiſſe quid vterq;, haud ſcio quorū inſtinctu, in nos molitus fuerit: id q ipſa re cōperi, nō ſuſpicione: quāq; olī iā idem olfecerā. Sed hōes ſumus, ego ſēper ero mei ſimilis, & huic iniurię tot opponā

illorum benefacta. Linacri feci honoricā mentionē
ī ſcholijs Hieronimianis: nil magnum ſit, ſi contem
nam contēptus, ſi oderī, odio habitus. Illud literis ē
dignius, officijs certare non odijs. Apud Eboracen
ſem quoties inciderit cōmoditas, fac Pacęū agas. Cu
ra vt recte valeas. Baſilię. pridie Nonas Septēbres.

ERASMVS ROTERODAMVS PETRO
AEGIDIO SVO. S.D.

SI recte vales, eſt ꝙ plurimū gaudeam. Diutius
cōmoratus ſum in itinere, q̄ putarā: nam & Gā
daui triduum remoratus eſt Cancellarius princi
pis illuſtriſſimi: Tornaci Montioius meus, qui nūc
ei p̄fectus eſt vrbi apud diuum Audomarum abbas
Bertinicus. Traiecto ſumptuoſa fuit, & periculoſa
ſed tn̄ velox. Vas meum ꝙ fratri Franciſci cōmiſe
ram, nōdum aduectum eſt: qua re mihi nihil potuit
cōtingere infelicius. In ea ſunt omnia in Hierony
mum cōmentaria: q̄ niſi mature recepero, ceſſabūt
Baſiliæ, qui excudunt, nō ſine magno ſuo malo. Id
ſi caſu factum eſt, factum eſt ī feliciſſime: ſin arte &
data opera, quo vetera ſua prouerbia prius extrudāt
factum eſt inimiciſſime: nihil enim eſt, ī quo me ma
gis lædere potuiſſet. Exhibiturus erā epiſcopis ſuos
libros, eos nunc ſaluto vacuus: & dimittor itē ab il
lis vacuus. ꝙ ſi vas miſiſſent, ſicut erant polliciti iā
nunc iſtic adeſſem. Adſunt Brugis duo totius An
gliæ doctiſſimi, Cutbertus Tunſtallus archiepiſco
pi Cantuarienſis cancellarius, & Thomas Morus,
cui Moriam inſcripſi, vterq; mihi amiciſſim⁹: ſi qd
forte inciderit, ī quo poſſis illis gratum facere, rectiſ
ſime collocaris officium tuū. Admone Franciſcum
ſuper hiſce rebus. Vti ſpero, ante Iuliū vos reuiſam
Interī cura vt recte valeas amice īcōparabilis. Lon
dini Nonis Maij M.D.XIIII.

ERASMVS THOMAE PARCIO SECRE

TARIO VRBIS CALESIENSIS S.D.

HVnc meum Ioannē Simithum ob certa negocia mitto in Angliā mox huc rediturū: rogo adiutes hoīem, vt q̄primum cōmode traijciat: ac per redeuntem ſcribito quid valeas, quō res ſuccedat cum Mercurijs iſtis: & quid agat tua nympha Dn̄o Deputato, viro humaniſſimo, deque me optime merito, me plurimū cōmēdabis. Bn̄ vale chariſſime Parci. Antuuerpiæ, pridie cathedræ Petri.

ERASMVS ROGERIO SVO S.D.

INter multos amicos: quos mihi dulciſſimos Britannia conciliauit, tu mi rogeri vel in primis occurris, qui me tam conſtanter amaſti, ſic tua conſuetudine delectaſti, ſic officijs inuiſti, vt quocunq; terrarū mea me fata deferent rogerij mei iucundiſſimā memoriā mecum ſim ablaturus. Atq; vtinā eā libertatē tua tibi fortuna permitteret, vti nos in Italiā conſequaris: poſſideres totum Eraſmū, quē iam multis modis tuiſſimum, vt ita dixerim, effeciſti. Iter ſat bn̄ vertit, niſi q̄ odioſa fuit nauigatio. Quatuor enī noctes de ventorum ac fluctuum arbitrio pepēdimus, vnde & capitis dolorē contraximus, quo q-dē breui leuabimur, ſpero. Mirū q̄ mi arrideat Gallia, hoc dulcior, q̄ iam diu non viſa. Vti Britanniæ deſiderio tenear, illud potiſſimū facit. q̄ ī ea reliquerim amicos tam multos, tā doctos, tā integros, tam amantes, tā officioſos, tā iucundos, deniq; ſic de me p̄meritos. inter quos tu p̄cipuo loco ponēdus. Quare fac vt in amando Eraſmo tui ſimilis eſſe pergas. Ego viciſſim in cōplectendo Rogerio meipſū quotidie vicero. Vale. Pariſijs poſtridie Sacrament. Anno M.D.VII.

ERASMVS ROTERODAMVS GVLIELMO MONTIOIO S.D.

SAlue Mecœnas optime. Biduum apud abbatem cōmoratus ſum: eos dies multa cum hilaritate tranſegimus dimiſit non ſine xenio, pollicitus item amantiſſime multa. Deniq; læta oīa, & ecce ſubito me fortuna perdidit, docuitq; nulli rerū ſucceſſui fidēdū eē. vix egreſſus ſū diuerſoriū quoddam, quod eſt medio ferme ſpatio inter Ruſellā & Gandauum, cum equus meus, viſis pannis aliquot humi ſtratis, conſternat: dumq; īflexus paro' neſcio quid dicere miniſtro, rurſū territus equus, in diuerſum fert atq; ita diſtorquet imā dorſi ſpinā, vt repēte magnis clamoribus cruciatum intolerabilem teſtari cogerer. Conor ex equo deſcendere, non poſſum miniſter manibus exceptū deponit: ſquit dolor, nullis explicādus verbis, maxime ſi corpus inflexiſſem Erectus, minus affligebar, ſed tñ ipſe me non poteram erigere, ſemel incuruatus. Eram illic in agris, nulla diuerſoria, niſi frigidiſſima & ruſticiſſima, & aberam a Gandauo ſex maximis paſſuum milibus. Sed ſi ambulatione minus ſæuire malum: & tñ longius erat iter, q̄ vt vel a ſano pedibus confici poſſet. Cogita qd mihi hic fuerit animi. Voui diuo Paulo me cōmentarios in epiſtolā ad Romanos abſoluturum ſi contingeret hoc periculi euadere. Aliquāto poſt cum deſperarem, coactus ſum experiri, num equum poſſē cōſcendere: conſcendi p̄ter ſpē, ambulo lente, fero, iubeo miniſtrum progredi paulo celerius, fero tametſi non ſine cruciatu. Gandauum peruenio, deſcendo ex equo: ingredior cubiculū, ibi dolor ſe totū prodit maxime a quiete. Stare non poterā, niſi a duobus vtrinq; ſublatus ī altū, idq; valide: q ſi vel paulum remiſiſſē, intolerabilis redibat dolor. Nec ſedere poterā: iacens nec tantulū me poteram mouere. Acerſo medicū, & pharmacopolā: ita modis oib⁹ affectus fui, vt nihil, niſi de morte cogitarē. mā e dū aluū

paro deĳcere, paulum conor me mouere lecto, procedit, ſto moueo, ſedeo, nullo ſuſtinente. Ago gratias deo & Paulo. Manet adhuc ſenſus mali, maxime ſi corpus diſtorqueã: itaq; Gandaui dies aliquot cõmoratus ſũ amicis retinentibus, & malo ita ſuadẽte: de quo nondum ſecurus ſum. Neq; eni vulgare fuit: quicquid fuit. Offendi hic pſidẽ Flandrię, virũ in oĩ literarũ genere doctiſſimũ: & cõſiliarios duos Antoniũ Clauã, & Gulielmũ Vualam. Nam Cæſarem & alios quoſdam antea nouerã. Antuuerpiã pergã, ſi mõ per morbum licebit: & vbicunq; locorum ero, reddã te de valitudie mea certiorem. Bene vale. Principẽ Veriesem ſalutaui Bergis, vna cum matre, ſed offendi ſollicitum. Nã vxor a partu nonnil ægrotabat, & nunciabantur ex Selandia parũ lęta. Salutaui illũ tuo nomine, & admonui de fauore, quo vſus eſſes in illi ſubditos. Baſileam veni poſt Annunciationis. Germania tanto honore me excepit, vt propemodum puderet. Nunc inclusus ęſtuariis germanicis, curo ædendas nugas meas: non minus tumultuans ĩ hoc negocio: q̃ Cęſar in expugnãdis Venetis. Reditũ maturabo quantum licebit. Faxit deus vt vos omnes offendam incolumes. Baſileę tertio Calendas Septembres.

## ERASMVS AMMONIO SVO S.D.

BIs nos exhilaras Andrea ſuauiſſime: dum iucundiſſimo: literas addis multo iucũdiores: plane q; tuũ ingenium, tuoſq; mores reſipientes, quibus mea quidem ſẽtentia: nec fuit vnq̃: nec erit quicq̃ mellitus. Quare duplici nomine tibi gratias agimus. De pecuniæ mentione, q; ſuccenſes, equidẽ non ignorabã animũ tuũ: regia fortuna dignum: verum exiſtimabam te miſſurum vtrem maiuſculum in menſes aliquot duraturũ: quamquam hic quoque maior erat: quam vt ab homine modeſto gratis accipi poſſit. De Græco epiſtolio riſimus adfatim.

Iniquiſſimus ſim, niſi Moro dem veniã, tã ſerijs occupato negocijs. Demiror te ſic perpetuo nidũ pmere, nec vſq̃ euolare. Hanc academiam ſi qñ libeat reuiſere, multis gratiſſimus veneris, mihi i primis. Qd iubes me iſtuc redire, ſi pduret languor, nihil video q mihi blandiat Londini, pter duoiũ aut trium amicorũ conſuetudinem. verũ his de rebus alias. Audio Iuliũ maximum vita defunctũ. Vale optime Ammoni. Frequẽter ad nos ſcribas rogo: gratius mihi facere potes nihil. Cantabrigię, e collegio reginæ, decimoſexto Calendas Septembres.

ERASMVS ROTERODAMVS AMMONIO SVO S.D.

MAlo quodã genio meo non licuit tecum cũ iſtic adeſſem proxime, congredi mi Andrea: nã cum primum aduenirẽ, nihil minus ſuſpicabar, q̃ te etiamdum apud Morũ agere, pſertim cũ Iodocus bibliopola mihi confirmaſſet te iam in collegio diui Thomæ verſari. Poſtridie mane pulſaui fores cubiculi tui, nec eras domi. Vbi rediſſem a ſacro, ſenſi ſtrepitum equitum, iuſſi Linacrũ proſpicere (nam ego ſcribebam neſcio quid) ille nunciat te diſcedere. Sed poſteaq̃ iam abieras, multis modis cupiebã tecum colloqui, verum id alias licebit. Rogo facias me certiorem, quid de aduentu D. Monteioij iſtic ferat. Præterea, num peſtis tanta quantã pdicant. Poſtremo, ſi quid eſt de rebus Italicis, Gallicisq; quod tuto literis committi poſſit. Bene vale. Cantabrigiæ: tertio Nonas Octobres.

ERASMVS ROT. AMMONIO SVO S.D.

NIhil eaat noui q ſcriberemus, niſiq; mihi decretũ eſt, neminẽ, qui mõ certior contingat, noſtris ad te literis inanẽ hinc dimittere. Scripſerã ante dies pauculos, cupiq ſcire q valeas, nũ Mo-

nioius meus iã redierit:tum quid procedant res Italiæ,quid agat inuictiſſimus Iulius. Sub brumam ad vos,ſuperis volentibus,remigrabo,ſi mõ rigor hyemis peſtẽ reſtrinxerit:quã audio iſtic increbreſcere, nec ea quidẽ longius hic abeſt. Hactenus plegimus Chryſoloræ grãmaticen,ſed paucis:fortaſſis frequẽtiori auditorio Theodori grãmaticã auſpicabimur: fortaſſis & theologicã lectionẽ ſuſcipiemus.nam id nunc agit. Quæſtus minor eſt,q̃ vt me moueat,tñ interi & bene meremur de ſtudijs:pro noſtra quoqȝ virili:& menſes aliquot,vt Ouidiano vtar verbo decipimus. Cura vt recte valeas mi Andrea,mortaliũ omniũ mihi chariſſime. Fac vti frequẽter ad nos ſcribas. Cantabrigię,poſtridie Idus Octobris.

ERASMVS ANDREAE AMMONIO S.D

DE prefatione carminũ quid fieri velis,q̃ primum reſcribe mi Andrea. Nam Moniolus oino nõ probabat. Prouerbium quod iſtic oſtendiſti,annota. Nã mea hic denuo imprimentur Aldina habẽt venalia, & quidẽ mediocri precio, hoc eſt,ſeſquiſcutato,cũ pluris Romæ venirent. Si qui volent,petant ab Italo illo qui ſolus Aldinos libros diſtrahit. Reuerendo patri epiſcopo Dunelmẽſi,modis oĩbus me facies cõmendatũ:cui ſcribã.vbi & ociũ contigerit,& nuncius paulo certior. Luteciæ.quinto Calendas Maias. Anno M.D.X.

ERASMVS ANDREAE AMMONIO S.D.

GAudeo N.ereptum e carcere regio:id ſi tuo quoqȝ bono factũ eſt,duplici noĩe gaudeo. Amo Coleti tam chriſtianũ animũ: nã eius vnius opera liberatum audio,quũ is ſẽper a Coleto inter amiciſſimos habitus,quum iã amicus vrgeret epiſcoporũ calumnijs, ab illius aduerſarijs ſteterit. epiſtolas quas ad Leonẽ & cardinales ſcripſerã,edidi,ſed locupletatas. Si quid reſponſũ eſt,aut ſi q̃d eſt

ꝙ mea refert ſcire: quæſo ſcribas per hunc vnoculũ Petrum: quẽ hac gratia meo ſumptu miſimus ĩ Angliã: mox huc rediturũ: nam febricula repente oborta vetat, quo minus traijciã: & eſt ꝙ Carolo ſit ad dies aliquot gratificandum. Superior illa Germania ſic mihi modis oĩbus arriſit: vt vehementer doleã tã ſero mihi cognitã. Nihil non detulit honoris Eraſmo epiſcopus Baſilieñſis: vir oĩno frugalis, vt ferũt alioqui: obtulit pecuniã, obtulit fortunã: equum coegit vt acciperem: quẽ mox vrbem egreſſus: aureis quĩquaginta reuendere poterã: ſed preſtat coram hunc Thraſonem agere. Bene vale: ac ſcribe: ſaltem quid valeas. Apud diuũ Audomarum: Nonis Iunijs.

## ERASMVS ROT. AMMONIO SVO S. D.

PRidie Martini redditæ ſunt mihi tuę literæ: ſi notã q̃ris: ſtomachãtes vna cũ lagena vini gręcanici ſemi plena. Qui attulit: popoſcit duas drachmas: dedi denarios ſex: deinde literis tuis diligentius inſpectis: animaduerti lagenã nõ cũ proximis literis quas ad ſextũ Idus Nouẽbres ſcripſeras ſed cũ ſuperiorib⁹ fuiſſe miſſã: nã id etiã vini color indicabat. Quin cũ primũ mitteres: admirabar te nõ obſignatũ miſiſſe per eos, quibus nihil eſt obſignatũ. Plane cum hoc hoĩm genere nobis hic res eſt mi Andrea: q cũ ſũma ruſticitate: ſũmã malitiã cõiunxere: nec eſt oĩno quicq̃ ꝙ mihi huius ſeceſſus noĩe gratuleris. verũ ſolus pudor: q̃rimonijs finẽ impoſuit: ſed hæc corã in ſinũ. Nõ expectabã alterã lagenã: niſi ꝙ tu: vt es mire ciuilis: quũ laudarẽ vinũ: q̃ſi denuo rogarẽ: interpretabaris. De recuperandis literis tuis magis laboro: quã de vino aut lagena: quod quidem ad me pertinet. Nam ſi non niſi vnam & alteram lagenam miſiſti: neutra perijt. Remiſi priorẽ: & eandẽ ni fallor: cũ proximis tuis literis accepi. De meo auriga mihi narras? Quid ſi vidiſſes me-

ſcrinia vndiq; lacera? quid ſi audires fucum de equo
tum diceres. & caluus ille nebulo nunq̃ hic in con-
ſpectũ prodijt. Proinde vide ne ſit ineptum ab his
mõſtris vllum hominis officium requirere. Sed nõ
potui temperare a riſu, cum video Andream quo-
que charitibus, & amicitiæ, lenitatique natum, bili
potuiſſe efferueſcere, cum ipſe iam Mitionem me-
diter: poſteaquã iam propemodũ mea me victũ do
cuit fortuna dolere, cœpitque placere Vergilianum
illud: Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. De-
nique nullo infortunio nõ dignus mihi videor, quo
ties ſuccurrit, qualem Italiam, & quam mihi arriden
tem Romam reliquerim. οἴμοι τῆς ἀμοι βίου, ἀλ-
λα δεῖ τὸ παρὸν εὖ θέσθαι. De reb⁹ Italicis mihi pa
rum læta nũcias non ſtudio Galli, ſed odio belli. Et-
enim quum quotidie videamus vel leuiſſimum la-
trociniolum vix multis annis confici, quid expectã
dum erit, ſi bellum tam graue ſemel motum fuerit?
neq; tamen habeo cui ſuccenſeã, niſi verbo illi τοῦ
ἀρχιερέως ἰατρῷ, qui quidem aut parum eſt artifex
aut prorſus effœtæ ſunt Anticyrę. Sed ipſa fata vi-
am inueniãt. Iſtis hęreticis, vel hoc nomine ſum ini
quior, quod inſtante bruma nobis auxerint lignorũ
precium. De fame non perinde laboro, liceat modo
viuere. Habeo gratiã & pro redditis Vuintonienſi
ac Dunelmenſi literis, & pro tuo tam amico patro
cinio, & pro vino, etiam non expectanti, miſſo, &
pro literis tam diligenter in Italiam tranſmiſſis. Sed
quid ego paucos recenſeo titulos, cũ tu nulla in re
non agas Ammonium, hoc eſt candidiſſimum ami
cum? Priuſquam iſtuc me recipiam, parãdum eſt al
uearũ aliquod tepidũ, ĩ quod me cõdã hac bruma.
Mallẽ nõ abeſſe lõgius a Paulo, nã ædes Montioſ-
cas, donec obſidebit cerberus ille, certũ ẽ vitare, quã
quam nec illic locum video ſatis idoneum brumæ,
ni velim ipſũ herũ depellere. Fortaſſis apud Augu

ſtinenſes aliquod eſt. Franciſcus Patauinus me ad ſuas ędes inuitat literis ſuis, ac vitā Italicā pollicet: ſuꝑ hac re ſi quid habes ꝙ cōſulas, īparti. Gratulor domino Montioio felicē reditum: rogo cures vt accipiat literas meas. Scripſerā per eundē qui proximas attulit, & epiſcopo Roffēſi: ſi dabit accaſio, cognoſce nū ſint redditę. Apud reliquos duos agas obſecro ꝙ cœpiſti: expectabo literas tuas prius q̃ hīc me moueā. Reſalutat te Bouillus, mirū in modū lętus tua ſalutatione. Si qñ fuerit obuius Morus, percontare, nū meas literas archiepiſcopo reddiderit, & nū quas ipſe ad me dederit, vel ſuas, vel alienas. Bñ vale amice ſigularis. Cantabrigiæ. tertio Idus Nouembres.

## ERASMVS ANDREAE AMMONIO SVO S.D.

REmiſitā dē œnophorum tuū vna cū verſiculis male natis: auriga cōfirmat ſe reddidiſſe Moro ꝙ id tēporis aberas. Ad Calendas Ianuarias iſtuc remigrabimus, vt vel fotu mutuo minus algeamus: nā hic ęſtiuare malim q̃ hybernare. Poſtremo non expedit diutius tā procul abeſſe a Ioue meo: quāq̃ hic locus non oīno mihi diſplicet. Tū quæſtus video nonnihil, ſi quis ardelionem poſſit agere, perq̃ cupio ſcire, quo aīo Vuintonienſis & Dunelmenſis meas acceperint literas. Ad hæc, ſi qd aliud eſt noui, gratum mihi feceris, ſi has literas quas tuis adiunxi, in Italiā perferendas cures: nunc plane eſt illud Homericum ασπετοσ ομβροσ Opinor auditas a Ioue preces iſtius cuius libellum tibi tradidi, qui fontes, fluuios, lacus, ſtagna ad lachrymis deplorandam Italiæ calamitatem inuitat ἡμας λυκοσ εἶλε πρότεροσ vt mutibus ſit loquendū. tanta eſt raucedo. Bene vale, ac frequenter ad nos ſcribe. Cantabrigię, quarto Nonas Nouembres.

RRASMVS ROTERODAMVS ANDREAE SVO. S. D.

VIde queſo inſignẽ impudentiã meam. Mitto ad te Icaromenippũ, vt aut ipſe deſcribas, ſi citra tędium aut incommodum queas aut agas cum Moro, vt fratri tranſcribendum cõmittat. Nã eſcas aliquot paro in Calendas Ianuarias, etiã ſi fruſtra, ni fallor. Et hic (o academiam) nullus inueniri poteſt, qui vllo pcio, vel mediocriter ſcribat. Sed oĩa poti⁹ mi Andrea, q̃ vt mea grã tædiũ vllũ capias Literas oro reddendas ijs ad quos deſtinatæ ſũt. Cura vt te q̃ optime valentem offendã, Cantabrigiæ, quinto Calendas. Decembres.

ERASMVS ROTERODAMVS AMMONIO SVO S. D.

TVæ literæ faciunt mi Andrea, vt iſtuc aduolare geſtiã, quo tã dulci amico propius frui liceat: at rurſũ eadẽ faciunt: vt hic durare poſſi propterea ꝙ tã crebro me mellitiſſimis confabulationibus reficiunt, vt mihi non videar abeſſe Lõdino Sed quid iſtuc obſecro? Ita ne meã fortunã cũ tua hoc eſt, roſæ cõparas anemonã? Quæſo te: qua nã in re tu non multis ſtadijs Eraſmum pcurris? Nã famę ſi qua eſt, nihil aliud acceptũ ferre poſſũ, niſi ꝙ ceu face prę lata, non ſinat me clam eſſe miſerum, vt iam grauius ſit pudere, q̃ pigere fortunæ. Sed hanc cicatricem nolo refricare. Sit mea fortuna me digna: li ſic enim bet interpretari. De tuo iure optimo queteris: ſi quis dotes tuas expẽdat, has ſi quis metiatur, quis tibi non vel ſummum pontificatum tribat? Sed noſti mi Andrea, fortunę cęcum illum ludum, quo minus te debent excruciare: quos illius temeritas in faſtigiũ euexit. Q, ſi oĩno voles emergere: nõ nihil abijciendũ eſt eius, ꝙ te vel maxime bonis oĩbus cõmendat, puta modeſtię. Ego te iã nunc etiam ſi nihil acceſſerit, tali patria, forma, ætate, ĩgenio mo

ribus,optimi cuiuſque fauore fortunatiſſimum exi-
ſtimo.Et ni prorſus fallor augurio,nõ procul abeſt
dies ille,q pulcherrimas dotes tuas ſit pulcherrimis
fortunæ ornamentis æquaturus.Q, Romã relictã
deploras:quid attinet vndas præteritas numerare?
Δει το παρον ευ τιθεσθαι Porro cur pili λευκοι te
tantopere crucient videor mihi propemodum ario
lari.Metuis puellarũ conuiciũ.O q̃ acerbum & pla
ne τῆς κραδιης λακτήριον Et te & Vuintoniẽſem
amo meritiſſimo:te qui tam amice rẽ meam egeris,
illum qui tã impenſe faueat.Sed caue vrgeas vllo
mõ.De cubiculo tñ optem nidũ aliquẽ prope deſẽ
ſũ a ventis,& foco luculento:victũ more ſolito ad
ornabimus.Ad tempus noli te loqui quicq̃ hac de
re:tñ ſi quid olfeceris,veli cognoſcere nũ meus Me
cœnas reſoluerit vigiti nobiles illos Bernardo. quę
res facit,vt nonnihil abhorream a Lõdino,quippe
qui nihil oderim æque,atq; appellari.Tñ de domo
licebit cũ eo agere,ſi forte inciderit. Miſi nudiuſter-
tius lagenã vna cum literis breuiſſimis. Accepi lite
ras tuas binas,ad quas his vnicis reſpondeo.Quod
ni me ſic torqueret Hieronymus,non ſolum verſi-
culis,ſed iuſtis voluminibus tecũ agerẽ. Verũ intra
decem dies abſoluero menſẽ.Bouillus ad te ſcripſit.
Si forte videris Coletũ, & orta fuerit mentio mei,
offer operã tuã ſi quid velit ad me ſcribere. Sixtino
ſi fuerit obuius,dices illius literas mihi longe gratiſſi
mas fuiſſe.Mihi adhuc ſeptem aut octo dies in hoc
priſtino ſudandũ,tum ocio ſi iucũdiſſime cõgerrabi
mur.Vale amice vnice.Cãtabrigiæ:quarto Nonas
Decembres.Scripſi & alteras ad te literas,quas, opi
nor Gerardus quiſpiã bibliop ola tibi reddid[illegible]

ERASMVS ROT[illegible]
AMMONIC[illegible]
S. D.

PRecor vt iſte venationes tã ſint fauſte Vobis q̃ mihi fuerunt infauſtæ: iã primũ ſeni regem mihi adimunt: deinde, profecto Cardinale, dies aliquot me ſunt remoratæ. Ad hęc, Vrſeuuicum miſſo Nouo teſtamento captarã, equum promiſſũ literis petieram. hunc quũ die lunę viſurus peto, ille cõmodum ſe venatum proripuit, nõ rediturus ante ſeptẽ dies. Ad hũc modum is Thynnus elapſus eſt. Demũ nunc te mihi p̃ripuit venatio. Proinde ꝙ corã volebã, literis ago. Epiſtolam a puero ſcriptã ad pontificem, ſi voles, reſigna: mihi videt̃ parum apte ſcripta. Si iudicabis ad rẽ pertinere, cura denuo deſcribendam accuratius, vt & hoc interim addas officij. Salutem meã tibi cõmendo. Nec rogo diligenti⁹ cui toto pectore confido: nec polliceor magnifice, cui re, ſi queã, gratias referre malim, q̃ agere. Et mihi certe ſpes eſt ſucceſſurũ ꝙ agimus: non ſolũ ꝙ agit̃ per hoiem mihi chariſſimũ: verũetiã per Ammonium Eraſmo feliciſſimũ. Bñ vale. Poterant hæ duæ cauſæ me dies aliquot in Anglia remorari, ſpes equi ab Vrſeuuico, quẽ haud dubie daturus erat, & tuũ colloquiũ: ni iã me tederet Britannię, & ſentirẽ me vetulum iã hoſpitẽ vxori Moricæ ſuppetere, vtinã mature felix oraculũ per te redeat. Rurſum vale.

## ERASMVS ROTTDRODAMVS AMMONIO SVO. S. D.

ITa me oẽs oderint muſæ, mi Andrea, ſi quid de tua fortuna φυκιόεω. ἐκ θυμοῦ ἅπαντα. Nos die cõceptę virginis Marię grauiter parturiuim⁹, ac ſcopulos aliq̃t peperim⁹. Quin tu igit̃ iter felicitatis noſtrę calculos, hũc quoq; calculũ ponis? Cũ Vuintonienſi vide ne qd ἀκαιρότερον, περὶ τοῦ τὸ παρὸν ἐντιθέσθαι conſilium a me petis. Age docebo ſus Mineruam, nec admodum quod tu vetas, philoſophabor, Principio perfrica frontem, ne quid vſq̃

frica frontem, ne quid vſq̃ pudeat. Deinde omnibus
omnium negocijs te miſce. Protrude quencūq; po
tes cubito. Neminē nec ames, nec oderis ex aīo, ſed
oīa tuo cōpendio metiare. ad hūc ſcopum omnis vi
tæ ratio ſpectet. Ne quid des, niſi vnde ſperes fœnꝰ
aſſentare oībus omnia. At iſta ſunt vulgaria inquis.
Age qn̄ ita vis, accipe peculiare conſilium ſed heus
in aurē. Noſti τὴν βριταννικὴν ζηλοτυπίαν hac in
tuū bonū abutere. Duabus ſedeto ſellis. Suborna di
uerſos procos qui te ambiāt. Minare & appara diſ-
ceſſum. Oſtēde literas, quibus magnis pollicitis auo
caris, ſubducito te nonnunq̃, vt ſubtracta copia de-
ſiderium acuat. Cum N. mihi nihil eſt negocij. Qui
ſi qd prudēter egiſſet, hō μωρίας αὐτῆς μωρότερος
mihi oſtenti loco fuiſſet: at ſucceſſit non multo ſapi
entior. Griphus mihi mire placet per oīa: ſed magis
placet libertas. Auriga affirmat ſeſe literas & lage-
nam reddidiſſe. Bene vale optime Ammoni. Can-
tabrigriæ. Poſtridie conceptionis.

## ERASMVS AMMONIO SVO S.D.

MAiorem in modum te rogo ſi quid iſtic exti
terit noui, cures vt īq̃ primum ſciā. Nā qū
Londino diſcedebā, audiebā oratorē ex iti-
nere reuocatum regijs literis, ꝙ pontifex denunciaſ
ſet ante Nouēbrē non futurum generale concilium
Nouum fabulę genus. Lagena tua etiā nō ſtat Cā
tabrigrię, vna cū vino, vt audio, ſed iā viciato. o ſtipi
tes. Si quid erit magni ꝙ mea valde putabis intereſ
ſe, ne graueris aliquem cū equo mittere. ſed re prius
cōmunicata cum Coleto. Bn̄ vale. M. Ioanni bn̄ p̄
cor. Cantabrigiæ. Decimo nono Februarij. Anno
M.D.XI.

## ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE AMMONIO SVO S. D.

M Itto ad te literas ad Bombaſium ſcriptas. De ſtatu meo nihil adhuc noui eſt ꝙ ſcribā, niſi iter fuiſſe incōmodiſſimū, & valetudinē adhuc ſubdubiā eſſe a ſudore illo. Videor mihi ſaltē ad dies aliquot ī hoc collegio cōmoraturꝰ. Auditoribꝰ nondum copiā mei feci, cupiens valetudini inſeruire. Ceruiſia huius loci mihi nullo mō placet, nec ad modū ſatiſfaciunt vina. ſi poſſis efficere, vt vter aliquis vini Græcanici, quantum poteſt optimi huc deportet, plane beatis Eraſmū: ſed ꝙ alienum ſit a dulcedine. De pecunia nihil ſis ſollicitus, mittet & tēpꝰ ante ſi voles. Iā hoc cōmodo iū q̄ ex bullis ſāctiſſimis capiunt, initium eſt: ſiti enecamur. Tu cōijcito cætera. Et nondum traiecimus. Bñ vale chariſſime Ammoni. Ex collegio reginę poſtridie Bartholomei

ANDREAE AMMONIO ERASMVS S.D.

SI quid eſt certi rumoris apud vos, q̄ſo vt nobis impartias. Nā magnopere velim audire, nū vere Iulium agat Iulius, & nū Chriſtus antiquū obtineat morem, vt quos maxime ſuos videri velit eos maxime aduerſæ fortunæ procellis exerceat. Ego mi Andrea, pro felici rerū eccleſiaſticarum ſucceſſu votum ſuſcepi. Iā ſcio religionē probas. Viſā virginē Vualſamaicā. atq; illic Græcū carmen votiuum ſuſpendā. Id ſi quando te illo cōtuleris, require. Bouillus gnauiter Græcat, ac te diligit vnice. M. Ioannē oīs humanitatis antiſtitē diligenter meo nomine ſaluta: D. Carmiliano meis verbis gratias ages ꝙ tam amanter de me mentitus eſt, in erudtiſſimis illis ſuis ad Brianū literis, in quibus me doctorū doctiſſimū appellat: eā laudē quo minus agnoſco, hoc magis debeo illius in me beneuolentiæ ſtudioq; tā non vulgari. Mihi certe & honoricum fuit, & iucūdum laudari a viro laudatiſſimo Bene vale doctiſſime atq; hum niſſime Ammoni. Cantabrigię, ſepti-

mo Idus Maias. Anno M.D.IX.

## REASMVS AMMONIO SVO S.D.

GRatias, veneres, lepores, dẽiq; Muſas ac literas oẽs tã mihi iratas imprecor quã ſũt Carmiliano, ſi quicq̃ accidit hoc ãno tuis literis iucundius. Hoc iuſiurandum ſanctius eſſe puta, quã ſi tibi iuret Iuppiter Stygij per flumina fratris. Has vnas accepi. Superiores mihi redditæ nõ ſunt. Et te crebrioribus oneraſſẽ literis. verũ ſpes non erat poſſe perferri: eã ſimulatq; feciſſet M. Ioẽs tu9 nihil mihi iucundius fuit quã tecum qua licuit confabulari. Q, nec in tanto rerum tumultu tibi exciderit Eraſmus, ꝙq; friuola mea tã officioſe curaris, tametſi tu q̃dẽ nihil facis noui. tñ ego quaſi nouum aliquid feceris: & admiror aĩ tui cãdorẽ & exoſculor tuum erga nos ſtudium. Equidẽ perinde habeo gratiã: quaſi vinum acceperĩ. Demiror tñ te nebulonib9 his quicquã iſtiuſmodi credere: perfidiã illorum non ſemel expertus. Auriga qui reddidit literas: negat ſibi ſinũ fuiſſe traditũ. Reſpondit ο Δου λυεναιος, ſed ο Δευπρος ξ͂πος Cum vrgerẽ aũt percontando: eo vultu quaſi libenter diſceret ab eo ſermone, Opinor, ĩquit eſſe apud ὀυιυτον ιευσευ, verũ certo nõ ſcio. moxq; redibat ad intermiſſas fabulas. Erga τόν βαπτιςην animũ Δυσμαν palã p̃ ſe ferebat: cum a me nulla daret anſa. Verũ hęc ἀπορρητα Quo minus ante natalẽ Chriſti Londinũ me conferã: partĩ peſtis eſt in cauſa: partĩ latrocinia: quorũ nũc apud Anglos meſſis eſt. Pridie q̃ tuę mihi redderent̃: ſcripſerã per Brianum. Is horũ Gallorum hiſtoriã volumine cõplex9 eſt. Carmiliani epitaphium vidi. Cũq; legerẽ pullulare: hic, inquã: ſcabies eſt: deinde cum ſciſcitanti reſpõdiſſet eſſe Carmiliani: reſpondi: Sane ipſo dignũ eſt. Id quidã ſic acceperunt: quaſi dixiſſẽ: Scc torũ regedignum. quibus pluſculum erat naſi; ſub. iſerc

Sed ne tu hõ nimum es candidus,qui belluę iſtiꝰ fa
mæ conſulas.Ita me deꝰamet,magno emerī,ſi ſiluiſ
ſes.De baptiſta miror tm̃ in literis tuis eſſe ſilẽtium
Nã Bouillus mox adfuturus nunciat̃. Age,ſanctiſ
ſimũ me vocas:at non ſine ſummi pontificis īiuria
Quod aũt epitheton rectius quadrabat in militẽ &
victorẽ,q̃ fortiſſimi? Etiãſi nugarum αμαξας habe
as,nõ mõ ſacculos,nunq̃ tñ animum meum exple
bis ſi contigerit tecum colloqui.Video M.Ioãnem
tuum,imo noſtrum,in curandis literis noſtris diligẽ
tiſſimum fuiſſe.Itaque pluris hoīem facio,quãq̃ &
antea mihi charum.Is vti narrat,non ambit medio
cria,ſed meros epiſcopatus.Vtinam ſuccedat,vide-
tur amici candidiq; animi.Nos mi Ammoni,iã mẽ
ſes aliquod plane cochleæ vitam viuimus:domi cõ
tracti conditiq; muſſamus in ſtudijs.Magna hic ſo
litudo abſunt peſtilentię metu pleriq;:quamquam
cũ adſunt vniuerſi,tum quoq; ſolitudo eſt.Sumptꝰ
intolerabiles:lucrum ne teruncij quidem.Puta me
iam hoc tibi per omnia ſacra deieraſſe.Nondũ quin
que menſes ſunt q̇ huc me contuli:interī ad ſexagĩ
ta nobiles inſumpſi.Vnum duntaxat ab auditoribꝰ
quibuſdam accepi:eumque multum deprecans.Cer
tum eſt his hibernis menſibus παντα λιθον κινειν
planeque ſacram, quod aiunt:ancoram ſoluere. Si
ſuccedit:nidum aliquem mihi parabo:ſin minus: cer
tum eſt hinc auolare:īcertum quo:ſi nihil aliud:cer
te moriar alibi:moriturus. Bene valę. Cantabrigiæ
quarto Calendas Decembres.Anno M.D.XI

## ERASMVS ROTERODAMVS AM-MONIO SVO S.D

IAm dederam ad te literas, quas nunc opinor eſſe redditas. Sed per q̃ gratum mihi fuit, ꝙ in tuis ad Ioannem literis Eraſmi tui feceris mentionē & quidē tam amanter υγιεναπραγγέλματα q̃ quondam ſacrorum ſcriniorum magiſtro nuncupaui, nuper Londini ſunt excuſa formulis non oīno inuenuſte. Ioannes tuus pollicitus eſt ſe ad te miſſurū vnū, alterū codicē. Si is cui dicaui libellū, in caſtris adeſt & incidet opportunitas, quęſo vt hoīem meis verbis ſalutes, ac libellum exhibeas. Sic eni emendaui, vt vix eundem eſſe ſit crediturus. Londini non minus ſeuit peſtis, q̃ iſtic Mars. Itaq; Cātabrigię nos tenemus quotidie circunſpectantes vt cōmode auolemus, ſed non dat̄ opportunitas. Et retinent triginta nobiles, quos ad Michaelis expecto. Sixtinus iam euolauit in Brabantiā. Ad Hieronymū emendādū & ſcholijs illuſtrandum, ita mihi feruet animus, vt afflatus adeo quopiam mihi videar. Iā pene totum emendaui collatione multorū ac veterum exemplariū. atq; id ago incredibili meo ſumptu. Riſi affatim, Caſtrenſis vitę formā tā graphice in tuis ad Ioannem tuum literis depictā: adeo hinnitus, clamores, equorum concurſus, tubarū clāgores, bōbardarum tonitrua, fulmina, vomitus ægrotantium, gemitus morientium oculis ſubiecisti. O te felicē, ſi, quod deꝰ optimus faxit incolumis nobis redieris. Q̃ꝫ iucūdas in omnem vitā fabulas malorū iſtorum experientia miniſtrabit? Sed te per Muſas & Gratias etiā atque etiā oro mi Ammon, imemineris, id ꝙ proximis admonui literis: vide vt tuto pugnes. Calamo quantū voles ferocias, & decē myriadas hoſtium eodē confodias die. Rem noſtris ſuccedere, in tm̄ gaudeo, vt nec lingua, nec literis liceat explicare. Si qn̄ viſes diuum Audomarum, & inciderit cōmoditas, ſalutabis Abbatē diui Bertini, ſingularē patronū meum.

Prǫterea œconomũ illius Antonium Lutzemburgum canonicũ apud diui Audomari:tum medicum abbatis & vrbis dominũ Ghiſbertum,duos candiſſimos amicos meos. Ad hęc,Decanũ eius eccleſię,ſingulari probitate virum,& literarũ aman tiſſimum cũ quo ſi contiget colloqui, rogo percontare, quid actũ ſit de Mauricio meo quondã miniſtro:cui profecto lubens,ſi quid poſſim,benefecero. Non auſim abs te tot vexato tũ malis,tum,vti cõĳcio,negocĳs petere vt aliquando ſcribas ad nos quoq;. Tñ ſi qñ non grauaberis,erit id mihi tã gratum,q̃ ꝙ gratiſſimũ. Vt Ioannis tui negocio faueas,& vt q̃ feliciſſime procedat adiutes. Sciebã neceſſe non eſſe ,vt q̃ſq̃ te roget,nedũ ego. Noui quanti hoĩem facias. Ille te diligit vnice,& non conſueuit Ammonius amore ſuperari. Præcipuã negocĳ ſpem in te fixit. Baptiſtam meo noĩe vt diligenter ſalutes,te etiam atq; etiam rogo,a quo iam nõ niſi Græcas expecto literas Precor vt bene volens deus aliquis vẽtos mittat magis ſecundos ουτοσ γαρ ἄνεμοσ, ουτε μένειν ουτε πλειν ἐᾷ. Bene vale. Londini. Calendis Septẽbrib⁹

ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE AMMONIO SVO S.D.

EXpecto iam magnifica illa ſtratagemata, tũ quantum in zonis ſit allatum. Scripſerã ad te in caſtris agentẽ,ſemel & iterum per M. Ioannẽ Lothoringum. Nobis interĩ non minus acre bellum fuit cũ mendis Senecæ ac Hieronymi, q̃ tibi cum Gallis. Quanq̃ non fuimus in caſtris,tñ de Gallicis manubĳs decẽ coronatos dedit Dunelmẽſis. Sed hæc cum te videro. interim literas tuas expecto militares, Bene vale amice ſingularis. Cantabrigiæ. ſexto calendas Decembres.

## ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE AMMONIO SVO S.D.

PRecibus extudit Roffenſis, vt decem dies ſecū cōmorarer: at me ſponſionis plus decies pœnituit, vt hic quoq; ἀληθεσατον ſenſerim prouerbiū ἐγγυα, παρα δ᾽ἄτη interī e Latino Græcū reddam. Hanc μεταμορφωσιν in me recepi. Captarem Vrſeuuicum miſſo Nouo teſtamento, hac ſpe, vt ille mihi viciſſī nouū mitteret equū, ꝙ vetus ille bibendo periſſet, Flandrica nimirū peſte. At dū ille abeſt in venatu, mea fruſtra fuit venatio: Hac gratia puerū meū iſtuc remiſi, ſimulq; vt te cōueniat, quo ſi quid aliud fors ī mentē venit, ſignifices: nā hīc nō diſcedimus ante huius finē hebdomadis. Scripſi ad te per Morū diſcedens, relicto exemplo epiſtolę ad Leonem, ſed parū apte deſcripto προς των μουσον mi Ammoni. tu, ꝙ ſoles, amicum preſta: ego memorem & gratū præſtabo animū. Bene vale. Roffæ. decimo ſexto Calēdas Septēbres. Plurimū mihi crede, gratię accedet mi Ammoni, iſti beneficio ex celeritate conficiendi: nā & citius hanc ſollicitudinis nubem ex aīo diſcutiemus: & ſi quid forte extiterit tragœdiæ, tutiores erimus. Rurſum vale.

## ERASMVS ANDREAE AMMONIO SVO S.D.

PLane vapulaturus erat Ioannes meus, ni Morus illi in tēpore cōmodꝰ patronus adfuiſſet nā is ſimul atq; reſciui nos hæſiſſe Roffe, accurrit iterū viſurus Eraſmum: quē veteri videt̄, ne breui non ſit viſurus poſthac. Is igit̄ famulo in conſilio fuit abducendi equi, poſteaq̄ tua ſpōte offeres Video circunſpectius tecū agēdū: adeo captas oēm donandi anſā. Remiſſurus erā munus tuū etiā Moro diſſuadente, ni veritus fuiſſē ne ſuſpicareris aut parum mihi placere, aut me Ammonio parū liben

ter debere, cũ nulli debeã libentius, vt nec amo quẽ q̃ effuſius. Diſperiã Ammoni, ni iſtũ tuum animũ tã excelſum, tã cq; amice amicũ, pluris facio, magiſcq; amo q̃ vniuerſũ ſtrepitũ Põtificiæ fortunæ: nec mihi poſſũ vnq̃ parũ videri fortunatus, quo ad iſtiuſmodi amici erunt incolumes. Perplacet equus candore inſignis, at magis animi tui candore cõmendatus, maluerã in alios quoſdã prædonem agere, reuerendiſs.. Eboracenſẽ, Coletum, Vrſeuuicũ: verũ illi ſapiunt quãq̃ Vrſeuuicus pollicet̃ inſignẽ equũ nec addubito quin ſit prẹſtiturus, idcq; ad Calendas non Græcas, ſed Octobres. Bene vale doctiſſime, & idẽ humaniſſime Ammoni. E Brabãtia ſcribam Eboracenſi & Larcho. Roffe. xi Calẽdas Septẽbres

## ERASMVS ANDREAE AMMONIO SVO S.D.

BElle hactenus mihi fuit vſcq; ad nidorẽ hypocauſtorũ, q̃ nuper incendi cœpta ſunt. Hieronymus in ꝓceſſu eſt. Nouũ teſtamentũ iam aggreſſi ſunt: ego nec manere poſſũ ob intolerabilẽ nidorẽ æſtuariorũ: ne abire ob opus incœptũ: q̃ ſine me nullo pacto poſſit peragi. Eluetij noſtri magnopere ſtomachãt̃ aduerſus Gallos, Q. ſibi in acie nõ ceſſerint ciuiliter. vt olĩ ceſſerãt Anglis, ſed machinis ſuis multos diſſipauerint. Rediere domũ aliquanto pauciores q̃ exierant, laceri, mutili, ſaucij ſignis, diſſectis: proinde pro epicinijs celebrant parẽtalia. Epiſtolã ad Leonẽ, cum alijs nonnullis curauimus ẹdendã, ſed locupletatã. ſi quid reſponſũ eſt. q̃ ad me vehemẽter pertineat, ſignifica tuis literis, ſed caute. Si valetudo patietur, commorabimur hic vſque ad natalem CHRISTI: ſin minus, aut Brabãtiam repetemus, aut Romã recta. Eboracẽſis donauit me præbenda Tornacenſi, ſed αλωρω λωρω, ſi

quid nouent̃ res. Huius cõmiſſarius, ſchedis publi citus affixis, fuit excõmunicatus in Flandria, tanta il lic Eboracenſis reuerentia. Viuit, valet, ac triũphat epiſcopus eius loci, vir nobilis, doctus ac potens, ac cepimus tñ: nihil enim facilius q̃ amittere. Optarim epigrammata tua ſi fieri poſſit: ꝙ & ante hac ſcripſi His literis facile ignoſces, ſi ſcias, quibus eiuſdẽ geue ris obruar laboribus. Bene vale doctiſſime Ammo ni, & Eraſmo fac ſis, qui fuiſti ſemper. Baſileę, po ſtridie Calendas Octobres.

## ERASMVS ROTERODMVS AN DREAE AMMONIO SVO S. D.

Vin ridere? Vbi Bruxellam reuerſus, Cancella rium Mecœnatẽ meũ ſalutaſſẽ: ille ad concilia rios adſtantes verſus, Iſte, inquit, nõdũ nouit quantus ſit. Rurſũ ad me Princeps, inquit, conat̃ te epiſcopum facere, & iam cõtulerat epiſcopen haud aſpernandam: ea eſt in Sicilia. verũ poſt cognitũ eſt illam e reſeruatarum, vt vocant, catalogo non eſſe proinde ſcripſit pro te ſũmo põtifici, vt patiat̃ te po tiri. His auditis non potui tenere riſum: & tñ placet animus principis erga me, vel potius Cancellarij, q̃ re ipſa princeps eſt. Vtinam œconomia huius co mœdiæ feliciter cedat: nã eodẽ ferme tẽpore & ſcri pſimus ex Anglia, & hi e Brabantia. Sitio audire q̃ pacto ſuccedat negociũ. Hibernaturus ſũ Bruxellę Quicquid Tunſtallo miſeris, mihi protinus reddet: ꝙ mihi cũ hoĩe perpetua ſit conſuetudo. Animus eſt a Louanio alienior: illic mihi meo ſũptu obſerui endũ foret ſcholaſticis: obganniret aſſidue iuuenes Caſtiga hoc carmen, emenda hanc epiſtolam: alius hunc autorẽ flagitaret, alius aliũ: neq; quiſq̃ eſt illic, q̃ mihi vel ornamẽto, vel ſubſidio poſſit eſſe. Super hæc oĩa, audiendũ eſſet nõnunq̃ quid obganniant pſeudotheologi: genus oĩm inſuauiſſimũ: inter quos

& nuper exortus eſt quidã qui mihi propemodum tragœdiam excitauit, in quo plane ἀπ᾽ ὤτων τοῦ λύκον ἔχω, οὔτε κρατεῖν δυνάμενος οὔτε ἀφεῖναι. Blandit̃ coram, mordet abſens: pollicet̃ amicũ, præſtat hoſtẽ. Vtinã magnus ille iuppiter vniuerſũ hoc hominũ genus recudat ac refingat: qui cũ nihil adferant: quo vel meliores reddamur, vel eruditiores: tñ oĩbus faceſſunt negociũ. Hieronimus Antuuerpiæ proſtabat, etiam quũ illic eſſẽ. Ita Franciſcus tẽperat huius comœdiæ ſcenas, vt vbiq; ſuũ agat negociũ. Ne literas quidẽ meas voluit exhibere, priuſq̃ ſibi proſpexiſſet: tñ dixit e Germania ingẽtẽ eſſe ſarcinã literarũ, etiam ab Epiſcopo. Impartiar nugarum portionẽ aliquã, ſimulatq; recepero. Antuuerpiæ recepi nuper, q̃ tu Baſileam miſeras, a Pacęo, ſicut opinor: allata: & tñ ipſe, ne verbũ quidẽ; Bñ vale Ammoni doctiſſime. Bruxellę Pridie Nonas Octobres.

## ERASMVS ROTERODAMVS ANDREAE AMMONIO S.D.

Male p̃cor iſti τῷ τοῦ ἀρχιερέως receſſui, qui meam remoratus ſit felicitate. Crede mihi optime Ammoni, nunc ἱερὰ ἡμῖν κεχάλασται ἄγκυρα, καὶ πᾶς ἔρριπται κύβος qui ſi parum ex ſententia ceciderit πέπρακται ſi ſuccedit debebo ſummã tuo aĩo & humaniſſimi Vuigornienſis ſin minus: agnoſcam familiarem illũ: & nimiũ mihi notum geniũ meũ. Prębendam arte conflaui in pẽſionẽ. Q. hortaris, vt Iouẽ propius ardeã enitar: ac tum magis vbi certũ vigilans audiero oraculũ: vnde rerum mearũ ſumma pendet: ſcis q̃ ſim craſſus ĩ hiſce p̃ſertĩ rebus. Q. ſi quid cẽſes faciendũ mihi: ꝙ gratũ futurũ ſit Vuigornienſi, quęſo ſubmoneas. Itidẽ ne quid addubites περὶ τῶν χρημάτων etiam ſi deſtituat ὁ καντουάριος ἐκεῖνος ſunt hic a quibꝰ

vnico nutu poſſi impetrare. Maximū hic in pſentiā
rerū omnium aucupiū eſt: at ego nunc αχειρος ειμι
Hoc male me habet. Italos, Hiſpanos, Getas, Da-
nos candidiores experior in me, q̄ meos: famelicum
hoīm genus, & ſoli ventri natū. Cancellario debeo
plurimū: at non ego ſolum, verū oīs hæc regio. Tū
ſtalli conſuetudinē merito mihi gratularis: nihil ex-
pertus ſum hoc hoīe amicius. Ei legi tuā maiorē epi
ſtolā, magnopere delectatus eſt ingenio tuo. Mihi
ſubīuidere viſus eſt, ꝙ tu illi tā λακωνικως ſcripſeris
ſed cū excuſarē occupationes tuas, facillime accepit.
iā reliquerā. Carmelitā βλασφημον ſēper neglexi:
& tñ a canibꝰ vt ſcribis, accipiet & ille, vt dignꝰ eſt.
Volumina Hieronymi iā hic diuendita ſunt. Fran-
ciſcus affirmat ſe duo milia florenorū fuiſſe lucratu
rū, ſi maiorē codicū vim deportaſſet. Quid ego au-
dio? toties Romæ morior, & reuiuiſco? Quis iſtuc
Virbius aut Theſeus potuit? Sed ita demū mihi vi
debor reuixiſſe, ſi ꝙ agimus ſucceſſerit. Tu mi Am
moni πραττε ὃ πράττεις & Eſculapiū age. Bñ vale
Bruxellę, quīto Idꝰ Nouēbres. Anno M.D.XVI.

REVERENDISSIMO DOMINO, D. THO
MAE CARDINALI ET ARCHIEPISCO
PO EBORACENSI ERASMVS ROT.

SAlutē plurimā reuerendiſſime pſul. Doleo mi
hi non licuiſſe familiarius, ac diutiꝰ colloqui cū
celſitudine tua prius q̄ Angliā relinquerē. Ex-
tremā & ſacrā, vt vocant, ancorā meę felicitatis in
te fixerā, ſed vrgebat Hieronymus, opus ingens &
inclytum, & (ni fallor) ſēper victurū, pręterea piū
ac frugiferum. Id mihi ſic cordi eſt, vt huic oia poſt
habeā. Semper hoc iter obnoxiū latrocinijs fuit, ſed
nunq̄ magis q̄ nunc: deinde Rhenus niuibus auctꝰ
& pluuijs cuncta ſuis aquis obtexerat, maxime cir-
ca Argentoratū, vt natandū fuerit verius q̄ equitan

dum. Oīa contempſi, mō prodeat Hieronymus. Excudit & Nouū teſtamentū Græcū, vt ab apoſtolis eſt ſcriptū, latinū vt a me verſū, vna cū noſtris annotationibus. Exierunt iā & alia q̄dā minutiora. Hę nugę magis nos habent occupatos: ac magis intentos, quā vos ardua iſta negocia. His igit abſolutis, maturabimus reditum, maxime ſi tua benignitas aliquid interī parauerit, quo fatigatum hiſce laborib⁹ animū ſimul & corpus refocillemus. Bene valeat reuerendiſſima tua dominatio: cui me totū dico, dedicoque. Baſilię tertio Calendas Septembres Anno M.D.XVII.

## ERASMVS ROTERODAMVS VRSEVVICO SVO S.D.

EQui tui genius mihi fuit magnopere felix nā bis iā Baſileā vſq; vexit ac reuexit incolumē, itinere licet periculoſiſſimo, non ſolū longo, Sapit iā non min⁹ quā Homericus Vlyſſes: ſiquidem mores hoīm multorū vidit & vrbes: tot adijt Vniuerſitates. Dū Baſileæ meipſum pene laborib⁹ eneco menſibus decē, ille interim ocioſus ita pīguit vt vix ingredi poſſit. Superior illa Germania, dictu mirū quantopere mihi arriſerit, idq; modis oībus: et quā impenſe faueat Eraſmo. Nouum teſtamentum non dubito quin videris. Hieronymus totus prope diē prodibit in lucē, vna cum libello De principis īſtitutione Chriſtiani. Quatuor Hieronymi volumina miſi archiepiſcopo Cantuarienſi per hunc Petrū vnoculū, tuum alumnū, quē offendi ſic incumbentem ſcribendis libris, vt ſe laboribus propemodum confecerit. opinor homini fatum inſtare, qui tā ſui diſſimilis ſit factus, quī & abſtemius propedmodum eſt redditus, & vini oſor, atq; hic pallor inſolius. Tuorum inme beneficiorū ſemper meminero

quicunq; me terrarũ angul⁹ eſt habiturus. Bñ vale. Apud diuum Audomorum Nonis Iunijs. Anno M.D.XVII.

ERASMVS ROTERODAMVS AMMONIO SVO S.D.

ΠΡός τε τῆς εὐδαιμονίας τῆς σῆς, πρός τε τῆς ἐμῆς δυσυχίας sic & illem tibi propriam: ac ꝑpetuã eſſe velit superi: & hanc mihi leuiorẽ Ammoni humaniſſime. vrge literis tuis Vuigorniensẽ, vt q̃ primũ explicet noſtrũ negociũ. Fauẽt oẽs ferme huius aulæ proceres: & cũ primis cancellarius: ac Rex ipſe. Audio theologos neſcio quos: moliri: vt publico mandato deleget ſcholæ Louanienſi: & huius Germaniæ Colonieſi: meorũ voluminum examinatio: ꝙ ſi fit: primũ habent ꝙ agant in bienniũ: deinde quiſquis delegabit examinationẽ, eadẽ opera mandabit Græcę latineq; linguę peritiam qua illi ex æquo vacãt: tametſi reor hoc ἀνεμώλιον fore: nã & hic optimi quiq; mihi fauẽt, & iter theologos quoq; primores bñ volunt. Scripſi de meo negocio ante dies aliquot per curſorẽ Tunſtallicũ: is hõ magnifice de te, tuoq; ingenio ſentit. Aiunt breui ſũmorũ principũ conuentũ fore Cameraci, maximiliani, regis Gallorũ, & noſtri Caroli, ibi de pace nũq̃ interrũpẽda tractabit. Iterũ atq; iterũ te rogo mi Andrea, vt maturet, quo ad fieri poteſt, ꝙ agimus. Ego ꝓſtabo ne poſſim meo merito dici ingratus. Bñ vale. Poſtridie Innocentum.

ERASMVS AMMONIO SVO S.D.

AN merito nos obiurges nondũ liquet, certe cõſolaris tum amantiſſime, tũ eruditiſſime. Alioqui vel illud poterã occinere, Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Q̃ ſi oẽs ſic ſecutirent in Eraſmo, vt tu, multo min⁹ eſſet ĩfelix. Pro ſtudio ĩ me tuo, vel pietate potius, pudet, ita me deus amet, agere gratias,

Maius enim mihi videt̃ hoc beneficiũ, q̃ vt vulgari more conueniat gratias agere. & referre qui poſſim & tñ adnitemur ſi modo det̃ viuere. De Sixtino id ſentis, ꝙ ego ſẽper ſenſi, Hac igit̃ ſpe, quã mihi prębes, animũ interim fulciã In literis ſum totus, paro enĩ q̃dã Baſileam mittenda. Rex Galliæ me inuitat in ſuã Galliã, pollicens mille florenos annuos. Cui ſic reſpõdi literis, vt nihil tñ certi reſponderĩ. Theologi nunc ambiunt, etiã vt Louaniũ commigrẽ. Ex Moro totã hanc fabulã melius cognoſces. Bene vale mi Ammoni, & perge σωσαι τοὺ τρισαθλίου ἐρασμου Antuuerpiæ. Quinto idus Martias. Non nihil indignor aucupationibus tuis, per quas non licet totum iſtud ingenium, vt par erat: poſſidere. Video Morũ quoq; antehac ſemper inuictum, in procellas eaſdẽ abripi. Ego ſẽper mei ſimilis, totis pilea ſarcinis redimo. Rurſũ vale.

## ERASMVS ROTERODAMVS AMMONIO SVO S. D.

VIx credas mi Ammoni, q̃ pene hic Theologorum inuidia conflagrarĩ Louanij gladiatorio aĩo ad me affectabant viã, idq; coniurati: Atenſi duce, hoc nocenſiore, ꝙ hoſtis amicũ ſimulat: agebant & apud principẽ ſedulo, vt pontificis autoritatẽ cum huius autoritate coniungerent. Sed ipſe tandẽ Louanium profectus omnẽ illũ fumũ ita diſcuſſi, vt cũ maximis ac minimis Theologis ſũmam inierĩ amicitiã. In aula molitiones partĩ procerũ fauore, partĩ eruditorũ, & in his præcipue Theatini opera coercitę ſunt τοῦ χρισμου του σωτηριου iã diu dũ expecto. Q̃ ſi nõ ſucceſſerit, tã perijt ερασμιος q̃ extrema faba, neq; quicq̃ ſupereſt, niſi vt illi epitaphium pares. Equidẽ maluiſſẽ bis Romã proficiſci: q̃ hoc tã diutino tedio cruciari. Nec hoc dico, quo tuum eleuẽ bñficiũ. Scio moram hanc non tui eſſe

animi, ſed mei fati. Hieronymū librariorū manib⁹ cōmiſi, quo concinnatū mitterem. Ii ſuo more dant verba. Q, ſi nondum emiſti, mittā tū quicquid īperaris pecunię præſto erit. Nec vnq̄ tñ deſinā in ſollidum hoc beneficiū tibi debere. Tm̄ matura, vt ante paſcha ſim incolumis, vereq; Eſculapium pręſta. Q, ſi quid incidet, cur mihi ſit deſperandum, beneficij pars fuerit, inani ſpe q̄ primū liberari. Q, quā ne deſperē, tuum ingeniū facit. Offert Gallia mōtes aureos. ſed mihi manus obſtrictæ ſunt. Si qd habes q̄ me in vitā reſtituat, mitte per Morū, niſi contigerit certior; Bene vale. Antuuerpiæ. Sexto Calendas Martias

## ERASMVS ANDREAE AMMOMIO S. D.

CVm Douarię per occaſionē oſtendiſſē Mecœnati noſtro tua poemata, ingeniū & eruditionē vbiq; ꝓbauit. Cęteru p̄fatione tua viſus eſt mihi non admodū delectari, iiſdē de cauſis quas apud te coniectarā, non ignarus ingenij hoīs. Mirū eſt q̄ adhorreat ab oī κενοδοξιας ſuſpitiōe. Itaq; admonuit me vt ſi æderē, p̄fationē omitterē, ipſū enī carmen p̄fationis vice fore. præterea in carmine cum aīs. Turba tui q̄ facit ordinis, moxq; aleas, & perpotationes cōmemoras: vereť ne is locus & tibi & ſibi nonnullā pariat inuidiā, quaſi libenter accipiat: ſuū ordinē taxari. Si p̄fationē mutas, adeas velim, mentiunculā de egloga ipſi dicata. Nā id velle ſenſi, propter Anglię regiſq; laudes, quibus vnice delectat. Hac de re tuas literas expectabo quas ad Iodocum Badiū mittes: nā niſi tua cognita ſententia nihil oīno tuis in ſcriptis ſum mutaturus. Vale amice candidiſſime. Moro multā ἀπ᾽ἐμοῦ ſalutē dicito. Linacro meis verbis etiā gratulare. Siquidem audiui apud Archiepiſcopū, q̄ audiui nō illibenter. Mo

rũ admonebis vt τὰ βιβλία q̃ reliqui ĩ cubiculo, Cõ leto reddẽda curet. Douariç IIII. Idus Aprilis.

# ERASMVS ROGERIO VVENTFORDO LVDI ANTONIANI MODERATORI LITERATISSIMO S. D.

PAter Ioannis cũ apud nos eſſet, ſignificauit mihi ſe filium alteri velle cõmittere, nec verbo ſũ reluctatus. Præſcrip ſit ille ſpatiũ ad oĩm ſãctorũ: accepi. Adieci ſi vel ipſo momẽto vellet abducere, me boni conſulturũ. Non poſſum illi ſuccẽſere, quippe qui ſciam quicquid huius facit inſtĩctu facere alieno. Olĩ abduxerat: deinde reddidit, te autore, non admodũ cupienti, cũ ſemel animũ alio flẽxerã. Rurſum cũ dies quatuordecĩ abſtraxiſſet, ipſe reduxit, paſſurus vt me traijciẽtẽ quoq; comitaretur. Educatus eſt apud me liberaliter, & meo quidẽ ſumptu: & tametſi non profecit quantũ ego cupiebam, tñ illud audacter affirmabo, illum plus ſcire latinitatis: q̃ fuerit in vlla ſchola, ne Lilianam quidẽ excipio, triennio conſecuturus, & ſcis primos profect⁹ minime apparere: tm̃ abeſt, vt oĩno tẽporis iacturã fecerit. Sed qm̃ video patris ſimplicitatẽ, ĩſtigationibus huc & illuc impelli, & matrem ĩepte amare, nõ eſt animus perdere officiũ. Nihil autẽ æque perit atq; id q͏̄ confert in ingratos, non eos exeſtimo ingratos, ſed magis etiam perit, quod confertur in non intelligentes. Nam ingratus etiã ſi diſſimulat, tamen apud ſe obnoxius eſt, & aliquando vel pudore gĩa refert: is qui non intelligit beneficium, etiam ſibi deberi putat. Vt igitur ſtultum eſt, bene mereri de ijs qui non intelligunt, ita benefacere inuitis, extrema dementia eſt. Dixit hic cuidam mihi intimo: cuũ min⁹ diſcat puer, obſtare quod Anglice neſciã imo hoc ipſũ ĩ cauſa eſt, vt q̃ maxime diſcat latine, vt ille

nolit. Quorſum iſta, īquis? Nempe huc, cū Pater ſuper hac re mecū ageret, propemodū certus eram de quodā miniſtro, is mutata ſententia traiecit in Brabantiā, rediturus tñ ante Natalē. Si ipſe traiecero (id q; futuꝝ ū eſt) paulo poſt Calendas Nouēbres, relinquam Ioannē vbi volet. Sin minus, patiet hunc eſſe apud me, donec meus ille redeat, ne ob exiguum tempus ſæpius miniſtrū mutē. Id tu illi perſuadebis Quod ſi oīno nolit, quāq̄ non dubito quin ſit non grauatī paſſurꝰ, agat vt lubet. Ego minꝰ moleſte feram iacturā officij. ꝙ in bonā indolem operā collocarī. Bene vale mi Rogeri, & aliquoties ad nos ſcribito. Iā & illud mihi venit in mentē, cur vnus ego videar ei idoneus qui filium ſuum meo ſumptu & doceā, & veſtiā, & alā. Minꝰ ſubijt ſordidi miniſterij, q̄ apud te ſubiturus fuerit. Habitus eſt liberaliter nihil mihi ſcripſit. nec alui ſordidę nec veſtiui, nec docui indiligēter. Et ſi ille tā fuiſſet auidus diſcendi, quā ego docēdi, iā nihil opus haberet vllo literatore aut plagoſo grammatiſta. Et puto meas literas non eſſe poſthabendas vulgariū doctorū literis. Nō hæc dico, ꝙ admodū laborem de pecunia, ſed ꝙ ego p̄ter cæteros videar idoneus qui ſic tracter, ac deīde nulla gratia ſpolier miniſtro. Verū, de his alias latius. Rurſum vale Rogeri chariſſime.

ERASMVS ROGERIO VVENTFORDO S.D.

QVod Copiā nolis ędi, niſi te gloriæ meæ ratio moueret, equidē gemino argumento tuā in me beneuolentiā agnoſco. primū, ꝙ amoris magnitudine cæcuties tāti facis nugas Eraſmi tua vt veluti theſaurū eximiū vulgo prophano cōmunicari nolis. deīde ꝙ vſq; adeo mei noīs es ſtudioſꝰ, vt rurſus affectū iſtum tuum affectu viceris, & q̄ſi clauum clauo pepuleris. Quāq̄ ego meę famę ma-

gis arbitror intereſſe, ſi neq; ædant̃ iſta, neq; trãſcri bant̃ a quoq̃, niſi ſũmo labore elimata, quẽ ego odi cane peius & angue, maxime cum videã hic nihil re cipi fructus, pter lippitudinẽ, ſeniũ pmaturũ, eſuritio nes, ac paulũ mõ glorię cum plurima inuidia cõiun ctum. Nã ꝙ ſtatu meo cupis cognoſcere, equidẽ au reis promiſſis plane diues ſum. Cæterũ fortiter eſũ rio. Q˞ crumenã inanẽ tantopere deploras, magis de plores ſi ſcias me iſtuc diſtentã attuliſſe, plus ſeptua ginta duobus nobilibus, & ne tantulũ quidẽ ſuper-fuiſſe, Ex his coniecturã facias licebit, queadmodũ hic dilabantur nũmi, vbi nihil non meo ſumptu ge rit̃ & eſt mihi res cum duabus Charybdibus vora ciſſimis. Q˞ tam benigne & vt mihi perſuaſum eſt, ex aĩo pecuniã tuã offers, amplector & exoſculor Rogerianum illum animũ, mihi iã olim & perſpe-ctum & exploratum, cui vtinã fortuna parẽ facul-tatẽ addidiſſet, & additura eſt aliquando, niſi plane bonis ingenijs infeſta eſt. Iſtic niſi cũ Grocino non video quo pacto poſſim viuere, & certe cũ nemi-ne oĩm viuo libẽtius, ſed pudet eſſe ſumptui, pſertĩ cum nihil ſit ĩ quo gratiã referre queã, & ille ꝓ ſua benignitate nihil impendi patit̃. Nec admodũ cupi de iſtinc diſceſſi, verũ hic ſcrupulus pter cætera mo uebat animũ meum. Interea ne nihil agam, perficio opus De conſcribendis epiſtolis. Copiã quoq; ca-ſtigaturus, interĩ ſubinde deuouẽs literulas meas tã ſteriles. Vale mi Rogeri vnus mortaliũ omniũ cha riſſime. D. Grocino cõmuni patrono ac pręceptori plurimã ex me ſalutẽ dices. De puero eg cum D. Gulielmo N. tã etſi Linacer idẽ ante cũ eo egerat.

## ERASMVS AMMONIO SVO S. D.

GAleatius hic qui iſtuc Mediolanenſium no mine orator aduolat & has adfert, intra men ſem hac redire cogitur: nos hic ad Calendas

Martias ſedebimus,per hunc queſo te,ſcribe ſi quid eſt ꝙ me ſcire oporteat. Eboracenſis bello ſomnio me bearat de prebenda Tornacenſi:magis dolet ludibrium,  diſpendiū, Nouū teſtamentū ferme iam eſt abſolutū, ſurget ad octoginta ferme codicillos, Leoni dicabit̄. Cū Pacæo qui hic agit,literis tm̄ ſū collocut⁹. Bn̄ vale,ac ſcribe. Baſileæ. Decimo Calē. Ianuarias. Anno M.D.XVII.

## ERASMVS ANDREAE AMMONIO SERENISS. REGIS ANGLORVM A SECRETIS S.D.

EDes tuas non ſemel adij,quo dulciſſimo amicorū oīm ſupremū dicerē vale, ſimulꝗ tua cōſuetudine,quoad liceret,fruerer, qua qdē haud ſcio an quicquā ī vita cōtigerit ſuauius. Traiectio proſperrima fuit,ſed anxia mihi duntaxat. Mare placidiſſimū,venti ſecundi: coelum blandiſſimū, hora cōmodiſſima. Soluimus enī ad ſeptimā ferme At maritimi ꝑdones illi manticā lucubrationibus meis onuſtā,in aliā quandā nauī deportarant. Idꝗ ſtudio factitant vt ſi cōmode liceat,furent̄ aliquid ſi minus nummulos aliquot extorqueant, & tibi tuā rem vēdant. Itaꝗ cū tot annorū vigilias periſſe crederē tm̄ aīo perſenſi dolorē,vt exiſtimē,nullū parētem e liberorū ſuorū obitu maiorē ſentire. Atꝗ in reliquis quidē oībus ita tractāt aduenas,vt ſatius ſit in quoſuis Turcas  in illos incidere. Sæpe mecum demiror,huiuſmodi fecem hoīm a principibus Angliæ tolerari magna cum hoſpitum moleſtia,nec ſine ſummo totius inſule dehoneſtamēto, dū quiſꝗ domi narrat  inhumaniter fuerit acceptus, & cæteri ex illorū ꝑdonū factis gentē eſtimant. Neſcio an tibi retuleri,ipſū me regiā ſalutaſſe maieſtatem. Accepit vultu prorſus amiciſſimo,deīde pſul Lyncolnienſis iuſſit eſſe ſpe optima certiſſimaꝗ. De mu-

nere nec meminit ipſe nec ego ſum auſus ingerere mentionē, ne viderer improbulus. Dunelmēſis ab eunti ſex nobiles dono dedit, idq; ſpōte, & iā (ni fal lor) quartū. Archiepiſcopus vltra q̄ſita occaſione tantundē addidit. Roffēſis regalem. Hæc ſūma oīm q̄ mecum effero. Hoc te ſcire volui, ne quis exiſti-met me huius habitus p̄textu magnā pecuniæ vī cō traxiſſe. Ago nunc in arce Hāmenſi, pauculos dies cū meo Montioio cōmoraturus, deinde Germaniā aditurus in tranſitu ſalutatis amiculis aliquot. Si for tuna reſpondebit & meis optatis & aliorum promiſ ſis, maturabimus reditū. ſin minus, conſilium ex te capiemus. faxit deus opt. max. vt incolumis reuerſ⁹ Ammoniū meū offendā non ſolum incolumē, ve-rūetiā lautiſſimis fortunæ muneribus auctū. Si qñ inciderit occaſio prouehendi res Eraſmi tui, non du bito quin ſis eū p̄ſtaturus abſenti, quē ſemper hacte nus præſtitiſti & abſenti & preſenti. Bn̄ vale amice ſingularis. Ex arce Hāmenſi. poſtridie nonas Iulias.

ERASMVS ROT. PETRO NOTHOSVO DECOVRTENBVRNE S. D.

QVod tā officioſe res noſtras curas Petre hu maniſſime, deamo te, & gratiā habeo pluri-mā. Iam pridem iſtic me videres, niſi abbas Bertinicus iāiā abeuntē, iam accinctū, remoratus eſ ſet. Pſalterium fac emas, ſi mō caſtigatū eſt, & inte-grū, & ſi character mediocris: adero iſtic dubio pro cul ad paſchales ferias. Pecuniā miſſurus erā: ſed cū has ſcriberē literas, puer haud etiā certus erat num iſtuc eſſet iturus, quare de pecunia iubeo te ſecurū eſſe. Vale & nos ama.

ERASMVS LVDOVICO SVO S. D

MItto ad te tres p̄catōes, vnā ad Ieſū filiū virgi nis, duas ad virginē mr̄ē: q̄s facito vt diligēt perſcribas, quantum potes. Prima eſt peitur

tior,ſed errare non poteris,ſi lineas indices ſequare. Semel q̄ primū deſcribi oēs cupio: ꝓpterea ꝙ is cui ſum donaturus,intra quatriduum aut etiā fortaſſe maturius,Pariſios iturus eſt,de reliquo conſultabimus,vbi nos viſeris. At ſi tibi eſt ocium, vt ſæpius qui ſcribas ,vtere charta quā potes optima, nitidiſſimis lineis deformata,marginib⁹ ſpatioſiorib⁹ q̄ meę ſint,& verſus inter ſe latiuſcule diſtent.ſcribe q̄ potes politiſſime:non feceris gratis.De Franciſci libro ſi parū tibi ſpatij eſt,cura vt ſciat qui poſſit aliū notariū ſibi cōparare.nā a me poſthac nō deerit quod ſcribas,ſi tibi quidē ocium nō defuerit.Si tibi ꝑ tuos licebit,poſt biduum aut triduum,vbi ſemel tranſcripſeris,nos viſito,vt colloquamur.Pileum meū velim adferas.nā pileū Adriani ꝙ eſt apud me,ſaluum eſt,& intactum:nā ſimulatq; hic recepi,nunq̄ ſum vſus.Deinde addito N.fac vt ſcias quāti poſſit emi tale capital lintheū,quale perijt.a diuo Bertino,vt aut emptum recipiat,aut ſi malit pecuniā qua emat adito hoīem:rogatoq; vtrū malit:aut poti⁹ ipſe emito conſilio viri,vt plane illi ſatiſfiat.reddā tibi vbi ad nos veneris. Humaniſſimo D. Adriano patrono tuo,ſimulq; D.Edmondo mihi fratris loco dilecto, multis modis facies me cōmendatum.Vale.Si quid a Pariſijs ab Antonio noui eſt,fac vt ſciam.Medico,vbi commodum erit,ſalutem multam dices meis verbis:& Gardiano,ſi iam redijt.

## ERASMVS BATTO S.D.

SI tu tuiq; recte valetis Batte iucundiſſime: eſt vt cupimus,ꝙ vehememēter gaudeamus Q;q̄ de amore noſtro tibi perſpectum arbitror:tamē etiam atq; etiā tibi perſuadeas velim,nihil eſſe vno me Batti amātius,nihil illi deuotius. Quod ſi tu me amas,aut bonis literis miraris,hunc hoīem tuo more,id eſt,perbenigne & comiter accipe,quo neque

charius mihi, neq̃ literatius quicquã. & ꝙ his tẽpo ribus perquã eſt rarũ, ſũmæ eruditioni ſũmã mode ſtiã adiunxit. Hũc dña Veriana, hoīs & ingenio & pudore delectata, vnice cõplectit: quare & tua humanitate dignum, & nobis oībus vehementer gratum feceris, ſi oſtenderis quanti nos facias. De nr̃o ſtatu nihil erat ꝙ ſcriberem. Sibilant, vt ſolent, non nulli, quos tu nõ ignoras, zoili: ſed ſpero nos aliquã do ex his ſcopulis euolaturos. Te cum vniuerſa familia quam, rectiſſime valere cupio.

## ERASMVS GVLIELMO MONTIOIO ADOLESCENTI PATRITIO S.D.

QVod locupletiorẽ quandã, abſolutiorẽq̃ de cõſcribendis epiſtolis rationẽ a nobis efflagitaſti Gulielme adoleſcens ornatiſſime, pudentius tu quidẽ pro tua modeſtia, ſed tñ vt facile intelligerẽ: quantopere eius rei ſtudio arderes: tũ animus iſte tuus nos haud mediocriter delectauit, tum iudiciũ etiã non vehemẽter probare non potui, nã & agnoſco in te perlibenter, ꝙ repente tot priuatis publiciſq̃ negocijs implicitus, tum nouis nuptijs, vt par eſt, occupatiſſimus, veterẽ tñ illum tuũ erga bonas literas amorẽ non mutaueris. Siue vt his de rebus cõſcriberemus, tua ipſius intereſſe putabas, videlicet vt veterũ prĩcipum exemplo, ſi ꝙ vel abſolutis negocijs, aut etiã inter ipſa cõtigiſſet ocij, id totum non nugis, ꝙ vulgo faciũt, ſed honeſtis ſtudijs impartires, ſiue hoc noſtro labore: qui tibi totꝰ deſudat: Angliç ruç ſtudia pro tua virili iuuares: in qua videres Latinas literas in dies magis magiſq̃ efflo reſcere Mentẽ iſtã tuam mi Gulielme: & te dignã & oībus bonarũ literarũ ſtudioſis: cum voluptati: tum pſidio futurã: et laudo vt debeo: & agnoſco vt dixi: libẽter. Nec minus iudicio tuo prudentiſſane & acri gratulor: qui vtrũq̃ recte perſpexeris: & nõdũ

ātehac ex multis,qui de ſcribēdis epiſtolis p̄ceperūt huic tantę rei fuiſſe ſatiſfactum,& nullā eſſe omni ſtudiorū genere partē hac vna,vel q̄ latius pateat, vel q̄ tantundē habeat aut vſus aut voluptatis:quo magis ſunt reprehendendi qui de re tam vbere,tā q; neceſſaria,tā ieiune indiligenterq;,vt ne dicā ineru dite conſcripſerunt. Vt enim interi de his taceā libel lis qui iā diu in ludis literarijs ſoliti circū ferri, nuper politiore literatura refloreſcente.tanq̄ nebulæ: ſole emergente,propemodū euanuerunt: quo tandem conſilio legit a pueris Franciſcus Niger: cuius non mō p̄ceptiones triuiales ſunt neq; ex itimis(vt opor tebat)rhetorū fontibus petite:ſed nulla etiam extat epiſtola,non dicā elegās & venuſta,ſed ne Latina quidē. Tum illud q̄ Marij Philelphi noīe circūfert opus, cōfuſaneum mihi plane,perturbatūq; videt: & ſi dicendum liberius eſt,parū tū eruditū, tū ad id q̄ promittit,accōmodatū. Nā p̄terq̄ q̄ ſynonyma habet nimiū puerilia,dicendi genera in ſingulis epi ſtolarū generibus ferendū erat,q̄ odioſe inculcat, ni id & imperite faceret,qui eam grauiſſimā epiſto lā iudicarit,q̄ verboſiſſima eſſet,& q̄ maxime alie-no repetita pricipio. Tū in ipſo operis limine ,quorſ ſum attinuit rhetorices p̄cepta toties perſcripta re-petere? An vt reiectis Ciceronis & fabij libris huiꝰ nugas pueri lectitarent? Nec Sulpicij perottiq; do-ctrinā contēno,quibus ī eis libris,quos grāmaticos ipſi vocant,haud rhetoricos,facultatis huiꝰ deguſta menta quędam prębere,conſilium erat.&c.Bene vale. Anno M.CCCC.XCVIII.

## ERASMVS EDMONDO SACERDOTI OPTIMO S. D.

ABdidi me ī villā humāiſſimi Pricipis a Cour temburne,hybernis his menſibus in arcanis li teris muſſaturus,& vtinam id te comite mi-

chariſſime Edmonde ,Gardiano duce,licuiſſet. Sed hac in re,itidē vt in cęteris:vulgato p̄cepto libenter vtemur.Qñ non potes ꝙ vis,id velis quod poſſis. Cæterum tuæ fuerit charitatis,Adrianū extimulate, vt me libris aliquot inſtruat. Mittat oro in Paulum Auguſtinum,Ambroſium.Origenē a Bertinicis in tempore petat,certaqꝫ fiducia pro me fide iubeat:non enī fallet.Pręterea percupiā,ſi fieri poſſit vt Origenis homiliæ vna mittant̄, quas habet Gardianus.Lyranum,aut ſi quis alius in Paulū ſcripſit & eū ad nos venire velim.Mittet̄ ſabbato vehiculum,quo oīa huc perferant̄:interī curabitis,vt libri ſint in eum diem parati.Si qñ vel Adrianus,vel Gardianus dignabit̄ nos inuiſere,cupide videbimꝰ vtrū libet.Vale mi optime Edmōde, & hac ī re q̄ſo diligēter operā tuam naues,Ex arce Courtenburnenſi Anno M.D.

## ERASMVS D. ADRIANO IN CHRISTO AMICISSIMO S.P.D.

HVnc Lodouicum puerum hactenus Iacobus Battus mei reſpectu aluit in Tornehen nunc ita libitum ijs,qui in præſentia tyrānidem obtinent,vt alio concedat. Qui Batti fratrem expulerunt ipſum etiā Battū expellere conati. quare monui adoleſcentem,vt te primum viſeret:quē ſi in familiā tuam receperis,rem feceris & mihi vehementer gratā,& erga iuuenem officioſam,& erga deum piam.poſtremo tuis commoditatibus non inutilem.Eſt enim iuuenis mediocri doctrina,ſcribendi artifex egregius, moribus & fide integerrima,id quod ipſe facile comperies, & ipſe meo periculo non dubitem affirmare. Vale. De libris cōmunica

tis habeo gratiam. referet autem is:qui pietatis offi cia multo cū fœnore ſolet remetiri deus

ERASMVs EDMONDO VT FRATRI DILECTO S. D.

CErtior per te fieri cupio:nū iam redierit noſter Gardianus:aut quā mox expectet adfuturus. Adrianum orabis meis verbis vt de libris ſuis patienter agat:nam poſt paucos dies alio me conſe ram:ſed non prius quam codices multa cum gratia reſtituero. Mirum quā mihi gratuler:qui hunc labo rē ſuſceperim: confido enī me poſt hac toto pecto re in archadis literis libenter verſaturum. Meus Frā ciſcus intra dies ferme octo in patriam redit: quare Ludouicus recte fecerit:ſi paginas,ſi quas habet:de Laurentio miſerit:de mercede nulla fuerit contatio Prę terea de tabellione ecquid cognorit,vt ſciam fa ciat:tum de ſudario ꝙ periebat,quid egerit. Exem plar p̄cationū mearū,ſi deſijt vti,iube remittat. Vos oēs iam dudum expecto,ſed fruſtra. Cū primis pio mihiq; plurimis nōibus obſeruaudo viro D. Adria no ſalutem meis verbis annunciabis. Ipſe recte va lebis,ac nos tui amātiſſimos viciſſim amabis,noſq; pro mutua charitate,mutuis apud deum precibus ad iuuemus Ex arce in qua diuerſor. raptim.

ERASMVS ROTERODAMVS R.P. HENRICO DE BERGIS EPIS COPO CAMERACENSI SALVTEM D.

CVm hominis coniunctiſſimi dignum immor talitate ingenium ꝗ celebratiſſimum efficere cuperem ornatiſſime præſul,id ita demum fo re exiſtimaui,ſi celeberrimi tui nominis titulus ope ri nouo velut fax quædam præluceret. non, quod hoc muneris tuæ præſtantiæ aut aptum, aut ma gnopere dignum iudicaſſem: verum vt nouo au-

thori tuis e laudibus nonnihil cum gratiæ tum autoritatis accederet, id quod mihi abunde videor aſſequutus. Tanto eni ardore meus Guilielmus ab vniuerſis huius academiæ alũnis legitur, rapitur, tenet, vt dictu prope ſit incredibile, iam paſſim in publicis auditorijs, in collegijs, Guilielmi mei nomẽ perſtrepit. Hoc munere ſi te nihil offendi ſenſero, ſat pulchre procedo, ſin gratiam etiam ineo, plane triumpho. Donamus enim aliena, nihil enim ipſi excudere potuimus, theologiæ ſtudijs occupati, & Hieronymi monita ſequuti, diſcimus quod doceam⁹. Breui tamen aliquam ſtudiorũ noſtrorum frugem expecta, quam tuo nomini propriam faciemus. Me morbus prorſus exhauſit, & cutis & loculi laxiſſimi ſũt illa carne, hi nũmis ſarciendi. Tu pro tuo conſuetudine facito, ac bene vale: Pariſijs.

## ERASMVS CHRISTIANO SVO QVI OPERA AVGVSTINI SCRIPSERAT FVCATIVS.

SAlueto quãtum voles. Ita me deus amet, haud expectarã abs te tñi elegãtię vel poti⁹ eloquentię, nã elegãtẽ futurũ facile proſpexi. quare tuę literæ voluptati mihi in prĩs fuerũt. Proinde te hortor, vt iſto curſu pergas, propediẽ tui pręceptoris ſimillimus euaſurus, ſed genus aliquod dicendi, tanq̃ ſignum tibi proponas cenſeo, ne varia, ſuiq; diſſimilis naſcatur oratio. Id autem genus potiſſimũ eligendi, ad quod te potiſſimum natura cõpoſuit: de te coniecturam ſumere licet. Videris ad Timonis propius, q̃ ad Ciceronis formã accedere, equidẽ malim Ciceronis. Atticũ erat præſtãtiſſimũ. Ab Aſiatico longe abes. Rhodium nihil eſt quod petas. Punicũ referre videris vel Allobrohicum potius, quod quidem longe temperatiſſimũ eſſe conſtat, videlicet ex Arabico & Iberico medie mixtũ, Galeno interi ru

beta m diſſimulante. verũ inepte hęc te doceo ſus cũ tibi Mineruã ſit domi. Verũ is, vt eſt noua quadã humanitate, dabit veniã ſi meã falcẽ ĩ ipſius meſſem miſero: mittam enim ſępius. Non diſplicet iſtud dicendi genus, vt ille materiam, tu verba miniſtres. Idem olim Craſſus factitauit: orator haud vulgaris: ſed hic ex priſcis. Vidi ipſe corniculã Horatianã: cuius te ſimilẽ eſſe noli. Eris aũt: ſi p̃ceptoris quã ſimillimus eſſe ſtudueris. Q͛ me amas, nihil ſcribis noui: ſciebã enĩ antea. De noſtro certamine Chriſtiane: nihil eſt ꝙ labores: tu tanti es: niſi mihi Auguſtinus mẽtit⁹ eſt: ꝙ nõ ſolet. Bene vale cum tuo Dędalo. Lutecię: Anno m.cccc.xcviij.

## ERASMVS GAGVINO.

CEreales, & Anabaſij qui ſunt apud Hieronymũ in Ruffinũ: non ſatis intelligo. De cerealibus ſõnio neſcio quid. Vtroq; verbo veſtigatores quoquo verſus dimiſſi: ſignificari videntur tu me doceas velim Dialectica Laurentij iã pridem deſydero: q̃ ſi tibi ſint: obſecro cõmodes: ſin minus cõmonſtres a quo mihi ſint petenda. Bene vale.

## ERAS. ROT. ZASIO SVO S.D.

SI quo pacto liceret ex hoc euolare piſtrino, ꝗ quidẽ facerẽ cupidiſſime malim extra nuptiarũ tempus te viſere, quo totus toto te frui poſſẽ, nunc in tanta hoĩm turba quantula tui portio rediret ad nos: Mitto Enchiridion nuperrime excuſſũ. Beatus pari diligẽtia te reſalutat: adeſt & Gerbelius & Oecolampadius. Bñ vale vir erudiſſime. Precor vt nuptię filię tuę tibi tuiſq; ſint voluptati ac bono.

## ERAS. EVANGELISTAE SVO S.D.

VErbum illud, accenſos, ꝙ nos offẽdebat, apud Vegetiũ repperi: cuius hæc ſunt verba, ad obſequia tñ iudiciũ, vel tribunorũ, nec non etiã principaliũ deputabant milites, qui vocabant accẽ-

ſi.hoc eſt.poſtea additi,quam fuiſſet electio cõpleta quos ſupernumerarios vocant.hæc ille. Manifeſtũ igit̃ eſt,accenſos,ab accenſendo dictus. Hoc eni cõ municatum volui.Vale.

## ERAS.SVO ROBERTO PISCATORI.

VIde q̃ ſit auidũ,& q̃rulũ fœminarũ genus. Nudiuſtertius puer meus ab hoſpite noſtra veteri plurimũ retulit q̃relarũ:de noſtrum vtroq; neſcio,qd maritus murmurabat.Mĩ ne nõ mãa plane nõ eſſet,q̃rebat̃ ſe ꝓ laborib⁹ q̃s mea cã cœpiſſet nihil gr̃ę recepiſſet.Filia te pmaligne ſoluiſ ſe aiebat,& priſtinæ tuæ conſuetudinis oblitũ fuiſ ſe.Ego decuplo bñficiũ emo:redimo eni cumulatiſ ſima mercede officiũ & nihilominus bñficiũ debeo Hos mulierũ mores cũ mecũ reputo,tũ gaudeo me in hoc vitę genus incidiſſe:ſi caſu,feliciter:ſin iudi- cio,ſapienter.Habes ieiunã epiſtolã,argumentum mihi ieiuna illa mulier miniſtrauit.Tu ſi bona vale- tudine fueris,gaudemus:nos optamus qdẽ,imo iam ſperamus:cœpit enim morbus paulatim remitti:

## ERASMVS THOMAE GREIO S. D.

SIquid vnq̃ tibi gratũ aut feci,aut volui, q̃ſo vt hoc mihi gratię referre nõ graueris.Huic iuueni quas ad te literas ſcripſi,tradito.vbi meis id vehe menter efflagitãtib⁹ copiã fecero,remittã.Bñ vale

## ERASMVS ANTONIO LVTZEMBVR GOSVO S.D.

ANtea mi iucũdiſſime Antoni,te tm̃ vt hoiem humaniſſimũ,& optime de me meritũ ama- bã:nũc etiã vt literarũ ãplector id q̃ ego nũc demũ tuis e literis cognoui.Caue me putes aſſentari maiore ĩ modũ delectauit ſtilus ille ſĩplex et natura lis,ṽba nõ aſcita,ſed vna cũ ipſis ſẽtẽtijs coherẽtia: ſẽſus ſani ac ſolidi.nihil neq; ĩ ṽbis neq; in ſentẽtijs aut portẽtoſũ,aut diſtortũ,aut coactũ,aut imunitũ deiq;,aut r̃edũdãs.de diſma ſic habe extat et apud vas

ronē, & apud Gellium peruetuſtū adagium huiuſ-
modi, Malum conſilium conſultori peſſimū. at ego confido hoc optimo conſilio nos omnes gauiſuros in primis humaniſſimū Abbatem patronum (ſi pateris) mihi tecū cōmunem, qui chariſſimo adoleſcēti pulcherrime cōſuluit, me, qui bene monuerim: te qui fidelem & amicā nauaris operā. Diſmā ipſum qui iam nunc mihi gratias agit maximas, deniq; & Tutorem, qui tandem nactus eſt cui libenter literas ſuas cōmunicet, & apud quem induſtriā ſuam bene collocet. Eſt is, mihi crede, vnus omniū, quos aſpicit ſol, integerrimus vir, & candidiſſimus. Purgabis me reuerendiſſimo D. Abbati, quod tam incompoſite ſcripſerim. Battum excita vt Battus ſit, nūq̄ enim fuerit oportunius. Bene vale mi Antoni. Luteciæ. xvij. Calendas Apriles.

ERASMVS ROTERODAMVS ANTONIO LVTZEMBVRGO SVO. S.D.

ACcepi ſimul & Abbatis munus, & a Batto miſſam pecuniolam. qua de re ſi nunc parum accurate grās ago, ne putes id inde eſſe quod parum hoc munere ſim lætus, ſed erat negocij quiddā, & valetudo admodum agitata, Cęterū quantū & te, & Abbatē, de hoc dono pro meis meritis, quę nulla ſunt, deamē, breui declarabo. Valebis, & tui ſimilis mi Antoni eſſe perges,

ERASMVS BATTO SVO. S.D.

DE morbo tuo ſpero equidem ψευδολογον eſſe, metuo tamen nōnihil, vt ſunt res mortaliū. Noſtra cauſa nihil eſt quod te angas anime mi, noſtra charitas vt non cœpit a cōmodis initium, ita his ſublatis non euaneſcet. quod autem ſors fert citra noſtram culpā, id æquo atq; adeo magno animo ferendum. Vtinam valetudo tantū no-

bis proſpera contingat a ſuperis: cętera ipſi perrūpe mus: ſed ea mi Batte: iā nunc vacillat admodū. Illa q̄ ſe negauit, olī mihi fœminā fore, cur nunc etiam plus ſit q̄ fœmina, vehementer admiror: ſed durum telum neceſſitas, quare muſſitanda res, & tēpori ſer uiendū. De D. P. ſēper male p̄ſagijt animus: ſed hęc ab exitu ſpectabūt. Deſino iā mi Batte de mea for tuna q̄ri, q̄n ſperare deſij: hoc vnū pudet rē tā late manaſſe, non ſine multorū (vt opinor) inuidia. Tu mi anime, facito te confirmes: tibiq; q̄ primū conſu las: vides enī rerū aulicarū qui ſint æſtus. Annota tiones ſcripſi in officia Ciceronis: ea propediē excu dent. dicaturus erā Adolpho: ſed nihil video cauſæ. Ludouico meis verbis dices gratiſſimū mihi factu rū, ſi q̄ ſunt apud te epiſtolæ, diligenter perſcripſe rit. Vale optime ac ſuauiſſime mi Batte. Luteciæ, Nonis Aprilibus.

ERASMVS BENSERAE SVO S. D.

SCripſimus heri de rebus oībus humaniſſime; doctiſſimeq; Benſerade: ſed qm̄ alter dat tabel lio, rei ſūmā mō repetā. Ex Hollandia reuerſ9 apud Battum totus ī literis viuo, maxime Gręcani cis. Miſimus ad te Euripidē, & Iſocratē, miſſuri plu ra, ſed metus erat ne peſtis iſtic te iā aliquo ꝓpuliſ ſet. Si quid nouæ Græcanitatis, veſtem citius oppi gnerauerimus, q̄ nō potiamur, maxime ſi qua Chri ſtiana, vt ψαλμοι vt Euangelia. Opes meas apud te depoſitas tibi cōmendo. Scripſimus & Auguſtino: de quo quid ſit cupio diſcere. nihil enī adhuc inaudi uimus. Vtinā mi Benſerade noſtras Muſas liceret coniūgere: ſed de hac re, alijſq; oībus ſcribes copio ſe. Summā tuam ī me humanitatē optime Nicolae neq; apud me patiar intercedere, neq; diſſimulabo. Enitar pro viribus vt ſi grati nomē nō poſſim aſſe qui, ſaltē ingrati hominis notā videar effugiſſe. Va

le. Salutat te ex animo Battus. toto pectore tuus. Ex Tornehen, quindecimo Calendas Auguſti.

## ERASMVS ROTERODAMVS D. ANTONIO LVTZEMBVRGO S. D.

Quaſi parū fuerit, q̄ quum iſtic eſſemus, tā improbe tibi negotiū fecimus: abſenti quoq̄ faciemus. verum iſtud Antoni feſtiuiſſime, non impudentiæ noſtræ ſed tuæ ſingulari facilitati imputes oportet. Scripſimus Iacobo Tutori, partim vt veterē hoſpitē noſtrū hoc tāq̄ xenio donaremus: partim vt illi, veluti ſtimulos ſubijceremus, quo magis curando, ſumma vi, ſtudio ingenio fideq̄ annitat̄, vt talis redeat adoleſcens, qui poſſit Bergenſi ſtirpi facile oīm ornatiſſime tum eruditione, tum moribus, ſplendoris acceſſionem aliquā adiungere. Ad eam rem tametſi nihil ambigo quin ille ſuapte ſponte ſummo niſu incumbat, tñ meas partes eſſe puto, meoq̄ in omne iſtud genus amore, illiuſq̄ in me beneficijs dignū, vt ſubinde vel currēti (q̄ aiunt) calcar addere curē. Eas literas Antonio tabellioni ſtudioſe trades, cōmendabiſq̄ vt qua ſolet cura, fideq̄ Aureliā perferat: profectuiū enī audio. Ceterum humaniſſime mi Antoni, ſi quid etiā valeamus, libet cognoſcere. Agimus certe feliciter atq̄ ſuauiter, vel q̄ Batto fruimur, cuiꝰ ego aīo certiſſimo candidiſſimoq̄ ſic me oblecto, ſic paſcor vt nolim vel vniuerſas Arabum gazas cum hac vna felicitate cōmutare: vel q̄ toto pectore ī literis ſumꝰ & tan q̄ ab oī negociorū ſtrepitu longe ſemoti, in intimis Muſarū receſſibus abditi latemus. Deorū plane vita, ſi pluſculū adeſſet librorū. Hūc igit̄ animū cum literulis meis debeam mi Antoni: nonne tibi videar ingratiſſimus, ſi ſtudiorū meorū me capiat

pœnitudo,tanq̃ q̃ nullã frugem attulerint? Inaureẽt
alij,in faſtigium euehantur,mihi Muſę meę nihil p̃
ter vigilias & inuidiã reportent: nunq̃ tñ harũ pœ
nitebit,dum hic mihi perſeuerabit animus, fortunæ
volubilis cõtẽptor. Neq; vero me clam eſt, hoc q̃
ſum ſequutus ſtudiorũ genus, alijs alienũ,alijs inſi
nitum,alijs infrugiferũ,alijs etiam parũ pium vide
ri,nẽpe vulgo oĩm qui nunc literas profitentur. At
ego tanto magis accendor,cum vtrunq; cognitum
habeã,neque vulgo vnq̃ optima placuiſſe:& hoc
ſtudij genus,pauciſſimis quidẽ,ſed tñ eruditiſſimis
probari maxime. Si Hieronimus inſanus fuit,ſi indo
ctus,iuuat cum huiuſmodi viro deſipere,iuuat huic
indoctorũ gregi,q̃ iſtorũ deorũ choris annumerari.
Q. ſi etiã huius curſus noſtri metã non cõtingem⁹
contendiſſe certe ad res longe pulcherrimas,non il-
laudabile fuerit. Hanc meam mentem ſi non appro
babunt homines:deus,opinor,& probabit,& iuua
bit. Reflabit fortuna:ad ille q̃ ante hac fecit aſpira-
bit. Probabunt olim & homines, certe poſteri. Sed
vt vltra metas epiſtolam porrigo, dum tuo amore
velut amabili quodam furore debacchans,mei obli
tus,rapior:adeo mihi nõ epiſtolã ſcribere, ſed tecũ
fabulari videor. Quod humaniſſimo ampliſſimoq;
præſuli patrono tuo non ſcripſi,id neq; ignauia,ne
que ocij inopia factum eſt:ſed neque argumentum
erat illo heroe dignum, ſimulq; verebar patri be-
gniniſſimo quidẽ illi,ſed omnino plurimis maximiſ
que negocijs occupatiſſimo,ſcholicis nugamentis
(qualia fere noſtra ſunt) obſtrepere. Cęterũ mi An
toni ſcito,mihi nihil p̃ide ĩ votis eſſe q̃ vt liceat illi⁹
amplitudini q̊cũq; officio meo gratificari: ſed aliud
eſt amiculo, q̃cq̃d in buccã venerit, ſcribere: aliud
ſũmorũ virorũ heroicas mentes epiſtola cõpellare,

quas religioſe etiã a ſalutantibus adiri Plinius ſcripſit ipſeti igit tute mihi apud Auguſtinũ patrẽ epiſtolæ vice fungeris, deinde ſũma humanitate viro dño priori meꝙ Battũꝙ ſũmo ſtudio commendabis. Medico, ac M. Iacobo canonico, viris ampliſſimis, deꝙ noſtrum vtroꝙ optime meritis, plurimã ſalutẽ annunciabis verbis vtriuſꝙ. Valebis optime Antoni. Ex Tornehẽ. XV. Calẽdas. Auguſta. Anno M.CCCC XCIX.

ERASMVS NICOLAO BENSERADO.

FRequentes huc, certiſſimiꝙ rumores quotidie adferunt, peſtilentiã iſtic maiorẽ in modũ debacchari, nihilꝙ reliqui facere. qre ꝙ metuebã, ne tu iã aliquo pfugiſſes, nõ putaui vel plurib⁹ ſcribẽdũ, vel plura mittẽda: ne ſcilicet multũ periret ope, ſi tu abfuiſſes. Rerum añt mõ ſũma attingã capita. Hic prim⁹ datus eſt B. per quẽ ſcriberem⁹. Euripidẽ & Iſocratẽ ad te mittimus. Paranť alia, quę poſthac ad te ibũt. De Miloniana defenſione dabimus operam, vt tuæ ſatiſfiat voluntati: ſimulatꝙ orationem & libros ad id neceſſarios erimus nacti. Si quid iſtic rerũ eſt natũ, ꝙ me ſcire iudicabis oportere, fac vt ſciã Auguſtino, ſi iã reuerſus eſt has quas tuis coniũxi, reddes. Nugas meas quas apud te depoſui, tibi etiã atꝙ etiã cõmendo. De noſtra coniunctione ſi quid excogitaſti, habebis me ad iſtud facillimũ. Intelligis, opinor, quid dicã: id ꝗtopere cupiã humaniſſime Nicolae, vix tibi perſuaſero, ſed vt ſperare vix audeo, ita ſuadere nequaꝗ. Illud me cruciat, aïm iſtũ tuum tã niueum, tam philoſophicũ, nũc vix demũ mihi perſpectum eſſe: de quo tametſi nos nũꝗ non optime & ſenſimus & pdicauimus, tñ neſcio quo mõ id accidit, vel noſtra vtriuſꝙ modeſtia pene nimia, vel aliorũ opera, vt intimã familiaritatem Benſ. non ſim mihi auſus polliceri: & ꝗ eſſe ſoleo i

colendis amicis pertinax,tā ſū in aſciſcendis vere-cūdus. Si quid nouæ Græcanitatis iſtuc aduectum eſt,onera & hunc hoīem ſarcina, & me beneficio Neq; metuas Nicolae ne tuis in me meritis parū reſpondeā:crede mihi,non defatigabor neq; cōquieſcā,donec pro viribus æs omne diſſoluero. Quum æs dico,non eos mō nūmulos dico,quos mutui nomine abs te accepi,nullo enī leuiore noīe me tibi puto aſtrictum:ſed multo magis tuum iſtū ī me animum,ſūmaq; officia,quorū apud me nunq̄ eſt intermoritura memoria.Hæc mi B.boni conſules ī pſentia.vbi certum cognouero te iſtic agere, curabo vt ſubinde aliquod ſtudiorū meorū monumentum ad te proficiſcat.Epiſtolā ad Iacobum Tutorē ſcriptā,veli p certū hoiem cures Aureliam perferendam.Bene vale.

## ERASMVS M. IOANNI BRVXELLANO, AMICO NEVTIQVAM VVLGARI.

PEr fortunas obſecro te mi candidiſſime Ioannes,purga me humaniſſimo hoſpiti,patronoq; meo D.Vicario,q̄ libellus pueri obliuione iſtic relictus eſt.Ita ament ſuperi,vt nihil iam multis annis accidit,q̄ æque doluerim.ſi quid habes nouarū rerū vel de Auguſtino,vel de Benſerado, vel de epiſcopo patrono meo:vel de Ludouico deniq; qui iſtas in regiones eſt emendatus,vt me accerſeret per noſtrā omicitiā te etiā atq; etiā oro, facito me de tuis literis certiorē.erit iſtud iter plurima tua ī me officia non ingratiſſimū. Tabellionem habes ex Antonij Nothi famliaribus certiſſimus,cui qcquid vales,rectiſſime cōmiſeris. Veris offendi res oēs eo loco quo tu pdixeras.dña forte fortuna in via facta obuia,dextram porrexit,vultu non inimico:cæterū a quibuſdā non male cupientibus (vt arbitior)de-

territus,a colloquio abſtinui. Puer meus Dordraci febri arreptus eſt,& quidẽ tertiana.ea res me maiorẽ in modũ ſollicitũ habuit,ita vt eius gratia Ziercꝫee nauigarẽ.illic enim matrẽ habet. Valemus adhuc.ꝑterea nihil eſt ꝙ fortunę gratemur. Valet Battus,& te ſalutat oppido:amat is quẽcunqꝫ Eraſmus amarit.Cura vt ꝙ̄ optime valeas humãiſſime mi Ioannes,& amiculũ,vel potius cliẽtulũ addictiſſimũ Eraſmum tueri amareqꝫ pergito Ex Torhen tumultuantiſſime ad multã noctem IIII.Idus Iulias. Anno M.CCCC.XCIX.

## ORNATISS.D.IACOBO VICARIO R. CAMERACENSIS EPISCOPI,ERASMVS S.D.

CVm nullũ oĩno meũ ĩ te officiũ extaret adhuc vir neſcio humanior ne,an eruditior,certe ornatiſſime,tuqꝫ is erga hunc homuncionẽ fueris,vt me prope incredibili quadã humanitate tua maximis beneficijs veluti ſarcina grauiore obrueris gaudebã impendio vel tandem obiectã mihi qualẽcunqꝫ opportunitatẽ,qua poſſẽ ſi nõ referre gratiã certę propenſã promptãqꝫ animi voluntatẽ qualiquali officiolo meo declarare.Nõ potui non implacabiliter cõmoueri,ꝙ puer meus iterũ atque iterum admonit⁹ & quidẽ accuratiſſime,libellũ tuũ ornatiſſimum iſtic reliquerit:neque id perſenſimus,priuſ ꝙ̄ Antuuerpiã iã peruentũ eſſet.Sed humaniſſimã celſitudinem tuã,per tua in me merita,perque meũ hunc in te animũ obteſtor,vt huic qui has literas reddidit,codicem ad nos perferendũ tradas aliquot mẽſes hic ſedere conſiliũ eſt.Eſt aũt iſte de grege familiaque clariſſimi principis Antonij Nothi, iuuenis fide diligentiaque ſpectatata,ſũmo ĩ nos ſtudio:mihi ipſi non rectius in manus dederis.tm̃ facito,vt ille intelligat rẽ nõ nullius eſſe momenti,neque, citra

periculũ negligi poſſe: vt aut ad te aut mecũ, aut certe per hoiem certiſſimũ redeat. Apud ampliſſimũ patrem patronũque meũ pſulẽ Cameracenſẽ, morẽ obſecro antiquum obtineas, vt illi nos aut facias cõmendatiores, ſi vetus illa gratia etiã nũ viuit: aut in gratiã reponas, ſi refrixit. Deũ optimũ maixmũque teſtor, qui ſpecus oĩs humani pectoris perſpicit penitiſſime, me non minus flagranter amare illũ, quã primis illis menſibus, cũ & ille me paterna quadam pietate cõplecteretur, & ego illũ ſupra modũ tũ mirarer, tum amarẽ. Quo magis cupio tuo ĩ libro meã pro virili nouare operã. ꝙ plane intelligo me gloriã iſtã, imo fructũ potius, atque vtilitatẽ, communiter ad te hoſpitẽ meũ humaniſſimũ, & ad illũ patronũ & ſtudiorũ, id eſt, vitæ autorẽ meę pertinere. Bene valebis ornatiſſime pceptor, & hunc clientulũ tibi toto pectore deditiſſimũ, ita vt ſoles, amabis. De tabellionis huius abitu, ad nonã demũ horã veſperi ſũ fact⁹ certior, & ille ſub gallicinũ parabat iter: mihi tres epiſtolæ, & ſera nocte, & largiter cœnato ſcribẽdę, & ad eos quidẽ, ad quos ne accuratiſſime qdẽ citra periculũ ſcribi ſolet: ſed hanc meã fiduciã tuę ipſius humanitati imputabis. Ex Tornehen. II. II. Idus Iulias. Anno M.CCCC.XCIX.

## AMPLISSIMO D. HENRICO PRAESVLI CAMERACENSI PATRONO SVO ERASMVS S. D.

DEũ mihi maximũ optimũque iratũ habeã, ſi fortuna alioquin inſigniter infenſa, vuln⁹ vnq̃ aĩo meo inflixit acerbius, quã ꝙ prox⁹mo cõgreſſu humaniſſima tua me paternitas ingratitudinis ſubincuſauit: vel ꝙ tibi vni probari malĩ, quam reliquorum multis milibus, vel ꝙ in primis ab vno iſto vitio non ſolum inſtituto, ſed ingenio naturaq; ſẽper abhorrui nihil. ꝑ ĩ rerũ natura tetrius nihil fœdi⁹; nihil execratione publica dignius exiſti

maui,q̄ beneficiũ acceptum,non ſaltem voluntate memoria q́ rependere.q̄ equidem obiurgationem ita tuli,non vt ab inimico lęſus:ſed vt a parente me dicoq́ amantiſſimo caſtigatus.Reliquũ eſt vt te ob‑teſter meum p̄ſidiũ,meũq́ dulce decus,perq́ tuum pectus iſtud exorabile ac mitiſſimum,perq́ noſtras fortunas vt ſi quid ante hac peccatum eſt,imo quia peccatum eſt,id vel ſimplicitati meæ vel impericiæ condones nā malitię certe mihi nō ſũ conſcius ut im‑prudentiā & inſcitiā tum hac in re tum alijs multis in rebus agnoſco.Oīa dira huic capiti pręcor,niſi per eo aīo tuā beneficentiā accepi,quo probum & of‑ficij memorē clientulũ oportuit. Amaui toto pecto re,ſuſpexi,veneratus ſũ,celebraui,memini: nullum a me ſacrum hunc vſq́ in diē fit,quo nō deũ immor talem orem,vt q̄ in me cōtuliſti,ille qui poteſt vnꝰ multo cũ fœnore in te refundat.Pręter hęc aũt qd poſſum?Id ſi nondũ adduci potes vt credas,illud q̄ſo mihi concedas,perſuadeaſq́ tibi me iā nũc hoc eſſe aīo,futurũq́ dũ hæc me deſtituet animula,for tunā p̄ſtare nō poſſumus:at hũc animũ eiuſmodi i te polliceor,vt nulli tuorũ ſit conceſſurus. Sæuiant in me mea fata affliĉtiſſimũ facere poſſunt:ingratũ neque facient,neque potuerunt.Q. ſi tua benigni‑tas q̄ ante hac largita eſt,id ſatis nunc putat:ego ve ro p̄ſul optime cumulatiſſimũ etiā exiſtimabo,quũ tu permulta & ſpōte,& humaniſſime donaris ego promeruerim nihil.Neq́ vero ſũ adeo ruſtice īgra tus,vt quid acciperem e poſtulet neceſſitas,reſpiciā potiusq̄ quid p̄ter meritũ omne meũ tua benigni‑tas profuderit.Poſtremo cogites veli ĩitio Eraſmũ non ita clementię tuæ fuiſſe traditũ,vt potentē ho minē,vt opulentũ,vt magno loco natũ( hoc enim nemo ipſi largit̄)ſed vt ſtudiorũ admiratorē.Is nũc etiā perſeuerat animus,longe q̄ fuit vnq̄ flagran‑

tior. hunc totū tibi dedico, conſecroq́;. At o me terq́; quaterq́; felicē. ſiqua vnq̄ dabit̄ oportunitas qua hunc non mō non ingratū declarem, ſed gratiſſimū fuiſſe demonſtrē. Hic ſi ego ſtudium vllum, ſi laborem ſi vigilias vllas deſugero: non recuſauerī teterrimo iſto carbone denotari. Interī Eraſmo tuo ſias oro propicius. Q̄ ſi non impetro: tñ ego patronū vel infenſum amare venerariq́; non deſinā, ac ſycophātis iſtis qui nos dirimunt, p̄cabor q̄ talibus digna ſunt. Apud meos in Hollandia plus menſē ſū verſatus, ijs placuit vt annū etiā ſtudijs impartiam. ſuo quoque noīe pudendū putant, ſi tot annis nihil oīno autoritatis aſſecut⁹ reuertar. Bene vale humaniſſime, ornatiſſimeque p̄ſul. Ex Tornahen. IIII. Idus Iulias. Anno M.CCCC.XCIX.

## ERSMVS BATTO S S.D.

### Epiſtola iocoſa.

Nihil opus vt te gaudere iubeā, quū iā dudū te abunde gaudere ſciā. qui quidē me moleſtā ſarcinā humeris tuis excuſſeris. Adrianus etiā nunc ad ſe inuitat. Gardianus palam ſuadet, vt apud Abbatē potius verſer ſi cōmode queā. Medicus contra, vt apud Adrianū. Vterque facit opinor q̄ canes ſolent, qui ſociū in culina nullū amant. de Gardiano an per oīa ſynſerus futurus ſit, ſubhęſito Nā ſubarrogantē eſſe ſentio. Neque de Adriano vnq̄ verbū apud te fecit̄, quū per illū res hęc potius cōfici debuerit. Nos quicūque exitus, magno aīo excipiem⁹. Tu cura vt valeas mi Batte. Mitte vt primū cōmoditas dabit̄, noſtra oīa, noſtroſque Dialogos oēs, ſi libeat forte perficere Ludouico inſta. vt quātū poteſt: oēs meas epiſtolas tranſcribat. Vale Non remoror Ludouicum dehortante medico, ne magis in me murmurent iſti cuculati.

## ERASMVS ROTERODAMVS

## BATTO SVO S.D.

PEr quē mihi meas lucubrationes miſeras,per hunc ego tibi Laurentij partē vna meis cū literis remiſi.tabellioni,ita vt iuſſeras,octo denarios dedi:p̄terea nihil erat ꝙ ſcriberē noui.Euenit mihi,quod vulgo ſolet,vt vulnꝰ iſtud ī Anglia acceptū,nunc demū dolere incipiat,poſteaquā inueterauit:& hoc magis dolet,ꝙ cū indigniſſima ſit coniūctum contumelia,nulla tñ a me talio referri poteſt. Quid enī ego aut cum Anglia vniuerſa dimicē, aut cū rege?nihil illa cōmeruit.& in eum ſcribere, qui poſſit non ſolū ꝓſcribere,verūetiā occidere, demētiæ extremæ puto.quare hac in re cū Themoſtocle obliuiſcendi artem opto.Sū quidē totus in literis,& adagiorū priſcorū collectanea meditor cōſcribere, tumultuario quidē opere. Video Chiliades aliquot futuras .verū duas dūtaxat,aut tres ad ſūmū centurias emittere eſt animus.Eas tuo Adolpho dicabo. Miror te per hunc Frāciſci fratrē nihi ſcripſiſſe. Vide vt ſarcinā diligēt meā exceptes:nā Galba ille,vt ſcis,harpyia eſt:exceptā diligēter ad me mittas.eſt ī ea tunica,partim nigro,parti ſubnigro ſuffulta:eſt chlamys abs te empta:eſt caligarū violaceo colore: par eſt Auguſtini Enchiridion mēbranis ſcriptū ſūt Pauli epiſtolæ:ſūt alia neſcio q̄ Grecæ literę animū meū propemodū enecant:verum neque p̄ciū datur neque ſuppetit quo libros,aut p̄ceptoris operā redimē.Et dum hęc oīa tumultuor,vix eſt vnde vitā ſuſtineā:hoc literis noſtris debemus.Bene vale Batte chariſſime.Quęſo te ne q̃d noſtrę querelæ moueāt libuit enim,vt ſoleo,apud te animi curas effundere: cæterum animum non temere abijcimus,& iuxta vetus adagium,dum ſpirabimus,ſperabimus.

REVERENDISSIMO D. D.ERARDO

## DE MARCA, EPISCOPO LEODIENSI ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

REuerende Preſul, mitto celſitudini tuę quale cunque aĩ in te mei documentũ, Paraphraſĩ in duas epiſtolas ad Corinthios. opus modis oĩbus nouum eſt: ſi non mereť alio titulo cõmendari. Certamen erat inter typographum ac me, vtrũ ille plus excuderet ſingulis diebus ſuis formulis, an ego meo calamo deſcriberẽ. Opinor opus victurũ vel inuitis miſoglottis. Tu pro tua humanitate boni conſules. Qui codicẽ reddit, iuuenis eſt eruditus ingeniȷ̃ꝗ candidiſſimi, ab actis oppidi Antuuerpiẽſis melior, animę meæ pars, hunc quęſo pro tua humanitate cõplectere, ac bene vale. Louaniȷ. vndecimo Calendas Martias. Anno M.D.XIX.

## EXIMIIS VIRIS D. PRIMICERIO principalis eccleſiæ Metenſis, D. decano, totiꝗ capitulo, Eraſmus Roterodamus. S. D.

ORnatiſſimi patres ac dñi, vt quiſꝗ venať ꝗ amat: nõnullorũ pdicatione didici apud vos eſſe bibliothecã nõ vulgaribus, ſed eximȷ̃s ac venerandę vetuſtatis codicibus differtã. Et qm̃ ex euangelica lege iubemur ſuum quiſꝗ talentũ ſic ĩ vſũ publicũ cõferre, vt vſurã approbet, qui ſortẽ credidit: ego ſtudiũ meũ ad hoc appuli vt vetuſtiſſimos autores aut in lucẽ eruã, & a blattis, tineiſꝗ vĩdicẽ, aut deprauatos emendã. Etenim vt grauis eſt iactura a nobis interire quod tantis vigiliȷ̃s ſummi viri prodiderũt: ita non extare vetũ, quod extat ſic mendis vndique conſpurcatum: vt nec legi poſſit, nec intelligi. Nec dubito quin veſtra quoque pietas publice faueat vtilitati, nihilque minus probet, ꝙ canẽ illũ præ ſepi incubantem, de quo eſt in Grę corum prouerbȷ̃s, præſertim quum ita liceat iſtam

vtilitatē alijs cōmunē facere vt vobis nihil deeraẗ. Proinde vos oro, ne grauemini bibliotecę veſtrę indicē ad nos mittere, potiſſimū eos libros recenſentē qui vulgo nō habētur, aut habentur deprauati: id ꝙ vſuvenit in oībus prope vetuſtioribus. Ex eo deligā quos exiſtimē maxime profuturos. Hac in re ſi noſtros conatus veſtra pietas adiuuabit: primū rem faciet Chriſto gratiſſimā, deinde ſplendiſſimo collegio veſtro cū primis glorioſā. Neque enim cōmittem⁹, vt veſtrū officiū ignoret poſteritas. Incolumes ſeruet vos oēs Chriſtus optimus maximus, dn̄i in Chriſto plurimū obſeruandi. Louanij pridie Idus Iulias. Anno M.D XIX.

## ERASMVS ROTERODAMVS VIVETI SVO S.D.

APud illuſtriſſimū Ferdinandū in medio colloquio reuerendiſſimus D. Leodienſis expoſtulauit mecū, ꝙ a reuerendiſſimo dn̄o Cardinali non retuleri reſponſum: vix occurrebat quo me purgarē, nā: ſuſpicor eam epiſtolā illi non fuiſſe redditā. Ego in culpa, qui eā ipſe nō reddideri. Literæ quas tu mihi reddidiſti, plane fuerāt reſignatę. Quo ſæpius colloqui dat̄ cū illuſtriſſ. Ferdināo, hoc mihi indoles illius magis ac magis arridet. O vtinā hęc regio ſub tali principe centum annos florere poſſit. Nunc, vt apparet, relegatur in Germaniā: cuius lenta conſilia nobis magno conſtabunt. Sed hęc ſatis relinquamus. Admone reuerendiſſimū, ſi quid lubeat reſcribere D. Leodienſi, quem opinor hic ad quatriduum cōmoraturum. Bene vale. Mechliniæ. Natali diuę Ghertrudis.

## DES. ERASMVS ROTERODAMVS THOMAE LINACRO SVO S.D.

LVuteciā peruenimus, cætera quidē incolumes: verū nauigatione quatriduana moleſtū quoddā malū cōtraximus collecto frigore,

quod etiã nunc ſyncipat meum male diſcrutiat. Tu ment vtrinque ſub auribus glandes: palpitant tẽpo ra, tinniũt aures ambæ. Atq; interĩ nullus adẽ Lina cer, qui me arte ſua liberet. Tanti iã nunc conſtitit nobis συνθηκη ἰταλικη Nã mihi nihil vnq̃que fue rat decretũ id vita, q̃ nequando fluctibus & ventis me cõmittere ẽ vbi terra pateret iter. Gallijs reuixim⁹ nã hic conſtans, perpetuaque fama diſſiparat Era mũ ad ſuperos abijſſe. Eũ rumorẽ auguror e Miloſ nis illius Galli morte per errorẽ natũ fuiſſet: ſiquidẽ & ille e Gallia profectus, in Monioij familiã cõceſ ſerat, paucíſque poſt diebus peſtilentia correptus ĩ terijt. Huic aũt arrori (nã omine nihil moueor) illud certe debeo, ꝙ iã nũc viu⁹ ꝑguſtarĩ quid ſit ſuperſti tes dicturi de mortuo, Sic mihi arridet reuerſo Gal lia, vt dubiũ ſit, vtrũ magis aĩo meo blandiat̃ Britã nia, q̃ tot, taleſque mihi pepererit amicos: an Gallia vetere familiaritate, tum libertate, poſtremo ꝓpẽſo quodã in me fauore ac ſtudio dulciſſima. Quo fit vt duplici quadã voluptate perfũdar, dũ pariter iuuat & Britannicę conſuetudinis meminiſſe, ꝓſertĩ q̃ bre ui ſperẽ mihi repetendã, & Gallicos amicos reuiſere Nõ poſſis nõ ridere, ſi ſcias q̃ auide meus Greculue Δωρον illud a me pro calamis Cyprijs promiſſums expectarit, quoties Δῶρον meminerit quoties incuſa rit ꝙ non mitteret̃. Iuuat profecto ſic coruũ deluſiſ ſe hiantem. At hõ ſtupidus non aĩaduertit me ſcri pſiſſe ad hunc modum πεμπω Δωροντι αξιον σου id eſt, rẽ malã. Prouinciã ſuſceptã de Babtiſtę libe ris inſtituendis, ſpero feliciter ceſſurã. video enĩ puę ros bñ ingeniatos, modeſtos, tractabiles, & qui iam nunc pluſq̃ pro ſua ætate ſapiant. Clyſtone illo eo rum curatore nihil candidius. nihil amantius, nihilo ſ ficioſius. Vale doctiſſime atque humaniſſime præ ceptor, & crebrius ad nos ſcribe, vel paucis modo

ſcribas. Lutecię. Anno M.D.VI.

## ERASMVS ROTERODAMVS THOMAE LINACRO MEDICO REGIO S.D

TAmetſi nouum non erat, tñ gratiſſimū fuit φ ex Mori literis cognouiſſe te tā amice nobis fauere, licet immerētibus. nouū teſtamentū adeo placet vbiq; doctis: etiā ex ordine Theologorum, vt indocti pudore obticeſcant. Febricula ſubito oborta fuit ī cauſa: quo minus me nauigationi cōmiſerī, pſertī diſſuadente medico Ghiſberto. Maiorē in modū te rogo vt pharmacū, φ cū proxime eſſē Londini, ſumpſi te autore, denuo deſcriptum mihi tranſmittas: nā puer ſchedulā apud pharmacopolā reliquit. Erit id mihi lōge gratiſſimū. Cętera ex Moro cognoſces. Bñ vale. Ex diuo Audomaro Nonis Iuniis.

## ERASMVS ROTERODAMVS COLETO SVO S.D.

IAm nunc ſubodoror genus hoc hominū, de quo memineras: qua de re plura corā. Cum ꝓxime eſſē Londini, nō adii te, ne quid tibi moleſtus eſſē: nā erat ſtatī a prandio equitandū. Petrꝰ vnoculus, caſu mihi factus obuius, indicauit te proximis literis meis reſpondiſſe, verū eas nondū accepi. Niſi me deterret peſtilētia, ſub Decēbrem me ad vos reciperē, pſertī ſi redeat Montioius, vt liceat mihi domo illius vti, φ nunc per Gerberū illū nō licet. Bñ vale. pceptor vnice. Cātabri. III. Non. Octobr.

## ERASMVS COLETO SVO S.D.

SI tibi riſū mouere poſſunt noſtra infortunia mi Colete, eſt φ abūde rideas. Nā pter ea q̃ iā Londini contigerant, equus miniſtri mire claudicabat, mutarat enī auriga eū quē Bouillus miſerat: dei de toto itinere nihil erat φ ederet. Poſtero die perpetua pluuia vſq; ad prandiū, a prandio fulgura, tonſ

trua, hymbres equus ter collapſus in caput. Bouillus conſultis aſtris, ait ſe deprehendiſſe, Iouē nōnihil iratū. Hoc mihi iā nūc placet, video veſtigia chriſtianæ paupertatis. Quæſtū vſq; adeo non ſpero, vt intelligā hic demū effundendum mihi quicquid a Mœcenatibus queā auellere. Eſt hic medicus noſtras, qui pſidio quintę eſſentię, prodigioſa deſignat facinora, e ſenib⁹ iuuenes, e mortuis viuos facit: vnde nōnulla ſpes eſt futurorū vt reiuueneſcā, ſi mō liceat quintā eſſentiā deguſtare: q̄ ſi contingat, nō oīno pœnitebit huc aduenisse. De quæſtu nihil video: quid enī auferā a nudis, hō nec improbus, & Mercurio irato nat⁹? Bn̄ vale pceptor optime. Vbi cœperimus profiteri, ſignificabo quo pacto res ſuccedat, vt magis etiā rideas. Cātabrigiæ e collegio reginæ: natali diui Bartholomei. Audebo fortaſſis & Paulum tuum aggredi. Audaciam Eraſmi tuiſpecta Rurſū vale.

## ERASMVS ROTERODAMVS THOMAE HALSEYO SVO S. D

TAndē expugnauim⁹ oī machinarū genere & ego & Bernardus. D. Montioius reſoluit triginta ducatos. Si reuerendus D. Roffenſis i tēpore cognouiſſet animū meū, & ego illius, fortaſſis iā iſtic adeſſem. Aut egregie fallor, aut is vir eſt vn⁹ cū quo nemo ſit hac tēpeſtate conferendus vel integritate vitę vel eruditione, vel aī magnitudine: vnū excipio Cātuarienſē tanq̄ Achillē qui ſolus hic me retinet, etiāſi nō admodū volentē. Saluta Paceū noſtrū: & īgenij mei fœtus illi cōmenda, ne pereant. Scripſi iā ſenas literas: nullę adhuc ad me venerūt p ter vnas Pacęi, & eas q̄dē apertas, et ſero. Saluta humaniſſimū illū oratorē Pānoniorū (nā adeſſe ſuſpi

cor) D. Ioannē Polonū collegā tuū, ac reliquos ami co; Bene vale. Londini Sexto Idus Febr.

# AMPLISSIMO PATRI, ANTONIO DE BERGIS ABBATI DIVI BERTINI ERASMVS ROTEROD.

SAlutē plurimā pater reuerēde, parū ab fuit quī ipſe vos reuiſerim, huius Britannicæ legationis comes. Nā reuerendus epiſcopus Roffenſis, vir non ſolū admirabili integritate vitæ, verū etiam alta reconditaq; doctrina, tū morū quoq; incredibili comitate cōmendatus, maximis pariter ac minimis, me tametſi, nihil oīno ſū, pro ſua humanitate ſingulari fauore ſemper eſt proſecutus, & huius itineris comitē volebat: ſed ſerius mihi fuit indicatū, q̄ vt vacauerit res meas cōponere. Quare putaui officij mei eſſe, vt tā ſingularē patronū, ſaltē per literas ſalutarē, pſertī cū proxime reuerſus e Lutecia, inſalutato te diſceſſirī. Quod ipſū tñ caſu ſic eueuit. Nā arbitrabar me menſes aliquot in arce Hāmenſi cō moraturum: q̄ me res plane fefellit, queādmodum optime nouit D. Ghiſbertus medicus tuus. De nro ſtatu, ſi quid cupis cognoſcere, Iā Eraſmus prope totus eſtī Anglū trāſformatus, tā īſigni benignitate proſequunt̄ cū alij permulti, tum pcipue Mecœnas ille meus vnicus archiepiſcopus Cantuarienſis, imo non meus, ſed oīm eruditorum, inter quos ego poſtremas teneo, ſi mō vllas teneo. Deum immortalē q̄ felix, q̄ fœcundum, q̄ promptum hōis ingenium? Quāta, in maximis explicandis negocijs dexteritas? q̄ non vulgaris eruditio? Tum autem q̄ inaudita in oēs comitas? quanta in congreſſu iucunditas, vt q̄ vere regium eſt, neminē a ſe triſtē dimittat. Ad hæc quanta quāq; alacris liberalitas? poſtremo in tanta fortunæ dignitatiſq; prçcellentia, q̄ nullum ſupercilium? ſol⁹ ipſe magnitudinē ſuā ignorare videat. In

amicis tuendis nemo neq; fidelior neq; conſtantior. In ſumma, vere primas eſt nõ ſolum dignitate, verũ & in omni genere laudis. Hunc cũ habeã mihi ꝓpitium, quid eſt quo minus mihi videar egregie fortunatus, etiã ſi nihil accedat? Sed o terq; quaterq; felicem illuſtriſſimũ principẽ noſtrũ qui talẽ ſit ſponſã habiturus. Nihil a natura fingi poſſit venuſtius nihil abſolutius. Nec minus ſuperat oẽs bonitate prudentiaq;, quam forma. Bene valeat R. T. Londini poſtridie Nonas Febr.

## ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI BAPTISTAE SERENISSIMI ANGLORVM REGIS MEDICO PRIMARIO S.D.

CVm ſuperioribus diebus, tanto amico xeniolum aucupanti, forte incurriſſet in manus Luciani de aſtrologia cõmentariũ, ipſo ſtatĩ titulo delectatus maiorẽ in modum optare cœpi, eſſet eiuſmodi ꝙ dignũ videri poſſit primũ & tuis in me meritis, & meo in te aĩo. deinde dignũ eo viro, qui ſingulari doctrina ſua, fide, prudentia, primi medici locũ tot iã annos meruerit, idq; apud duos ſeculorũ oĩm primos Angliæ reges, Henricũ ſeptimũ inaudita ſapientia principẽ, & huius filiũ, non nõie tm̃ & ſpecie, ſed oĩbus regijs dotibus ita patrẽ nobis referentẽ, vt ille non deceſſiſſe, ſed in hoc repubuiſſe videat. Poſtremo dignũ eo, qui in hac excellentiſſima aſtrologiæ diſciplina ſic excellat, vt reliqui tecũ collati, vmbrę volitare videant, quẽ admodũ inquit Homerus. Sed munuſculũ hoc qualecunq; primũ offerẽtis animus apud te cõmendabit, deinde tui cãdoris erit, atq; adeo moris, e puſillo amplũ, e medio cri ꝑclarũ atq; eximium reddere: id ita fiet ſi quidem exibit libellus in lucẽ, non mõ Baptiſtæ calculo cõmendatior, verũ etiã lima terſior. nobis quidẽ in eo

k

potiſſimũ arriſit antiquitas. Cęterũ tu quo es ocula
tior, hoc plura perſpecturus es, q̃ probari mereant.
Nã a Luciano nihil fere triuiale ſolet proficiſci. Nos
interpretis haud ĩfidelis officio functi ſumus: tu pa
riter de autore, & de interprete ſententiã feres. Be
ne vale. Londini, natale diui Martini M.D.XII.

## ERASMVS PETRO AEGIDIO S.D.

NIhil vnq̃ accidit mihi mi Petre tuis literis mel
lit⁹: ad quas ſi breuiter reſpõdeo, facile tu q̃dẽ
ignoſces, ſi ſcias quantis ſtudiorũ laboribus
pene confectus eſſe: a quibus ſimulatq; dabit ociũ
Egidiũ, meũ nõ literis mõ, verũ etiã iuſtis volumi-
nibus onerabo. Dabis operã, vt hęc q̃ primũ ad Io
doci Badĩj manus perferant. Paraui Prouerbiorum
opus, & ita locupletaui, vt prorſus aliud reddiderĩ:
at multo, niſi fallor, melius cũ eſſet non admodum
malum: quare nihil eſt q aliorum timeat ęditiones.
Cõuenerat cum Franciſco bibliopola, vt illi exem
plar cõmitterẽ: verũ inſalutato me diſceſſit. Pretiũ
q in ſuis literis pſcripſit, lubens accipio: nec enĩ ma
gnopere cõmoueor lucello. Ipſe paret oĩa, vt opus
ſic exeat ex ipſius officina, vt non facile ſit cuipiam
æmulari. Abſoluã caſtigationẽ Noui teſtamẽti, ab
ſoluã epiſtolas diui Hieronymi, & ſi dabit ocium
emendabo & Senecam. Fieri poteſt, vt ipſe vos re
uiſam a paſcha: q ſi nõ licebit, mittã in primis pro-
uerbia, cum certus aliquis dabit p quẽ mittam. Nõ
nihil ſollicitus ſũ, vt Græcis formulis huic operi ſa-
tiſfaciat, q ſemigræcum eſt. Proinde quanta poteſt
cura pparet oĩa, atq; ipſe ſeſe ĩ Gręcanicis literis nõ
nihil exerceat: id q in alias quoq; librorũ æditiones
erit vſui futurũ. Nõ mittat huc pecuniã neq; libros
priuſq̃ ad illum quid velim perſcripſero. Dialogos
Luciani, quos ad eũ miſi, nondũ prodire video. Vi

deo quoſdã ex illis excuſos Louanij: qua de re cupio certior fieri. Verti cõpluſculos Plutarchi libros quos emendatos remittimus. Accepi poſtremas Badij literas per Anglũ quendã, in quibus ſcribit Moriã a ſe formulis excuſã, q̃ tñ hic nõ vidim⁹. Bñ vale

## ERASMVS ILLVSTRISS. PRINCIPI VERIENSI ADOLPHO

SAlue multũ ornatiſſ. me princeps. Iã pridẽ molior hinc ad vos euolare, retinet adhuc quorundã ſingularis q̃dã in me benignitas, p̃cipue Cãtuarienſis epiſcopi. D. Montioius p̃fectus Hannenſis amantiſſimus tui, in his belli tumultibus ſepe & fauet tuis, eiſq; pro virili ſubuenit. Verbis cõſequi nequeã, q̃ ex aio doleã tantos rerum humanarũ mot⁹ exoriri, idq; nemine obſiſtente. magis aũt doleo, noſtram patriã paulatim his implicari malis: p̃ſertĩ tam diutinis bellis non vexatã mõ, ſed propemodũ extĩctã. Vtinã hiſce de rebus, q̃ ſentio, liceat tuto literis cõmittere. Quoties pœnituit me: fortunamq̃ ante triennium mihi Louanij offerebas, non amplexãm fuiſſe: ſed tum quidem amplę ſpes me ferocẽ reddiderant, & aurei Britannię montes aĩo concepti: ſed eã criſtã mihi depreſſit fortuna nunc ſi; vel mediocris iſtic det, cupio cũ Vlyſſe patriæ fumũ ſubſilientẽ cõſpicere. Te rogo, vt me iã olĩ tuũ Eraſmũ adiuues, potes enim, nec minus vis tñ vt memineris. Bene vale. Londini. Anno M.D.XII.

## ERASMVS COLETO SVO S.D.

MItto q̃ petis, officiũ Chryſoſtomi et epiſtolã in qua, niſi fallor, erunt q̃ non probabis, propterea ꝙ tu rationẽ & artẽ cõtẽnis: ego his nõnihil tribuo, p̃ſertĩ in p̃ceptore. De Linacro caue ne cui temere credas: nã ego certis argumẽtis habeo cõpertũ, illũ obſeruãtiſſimo in te eſſe aĩo. & de reiecta grãmatica, non magnopere laborare, quam

q̄ id eſt hoı̄m ingenium, vt ſuis quiſq; ſcriptis, ceu parentes filijs, impenſius faueat. Q. ſi quid etiam ea res hominē mouet, tuæ dexteritatis erit diſſimulare, neq; refricare eam cicatricem, vultuq; & conſuetudinis alacritate magis q̄ excuſatione, p̄cipue p alios facta, reuocare. hoc pacto. ſi quid illi dolet, id tēpore euaneſcet. Sed nec ego egregie impudens, qui hęc tibi, hoc eſt ſus Mineruæ? Nōdum occurrit, quē ex iſtimē idoneū hypodidaſcalū tuæ ſcholæ. pergam inquirere & ſimulatq; repperero certiorē te faciā. Bū vale p̄ceptor optime. Eſt hic mihi nō nunq̄ dimicatio pro te cum his Thomiſtis & Scotiſtis: ſed de his corā. Cœpi vertere Baſilium in Eſaiam: mihi quidē opus valde placet. Exhibebo guſtū epiſcopo Roffē ſi, experiarq; nū is velit hos labores noſtros aliquo p̄miolo lenire. O mēdacitatem. Iā rides, ſat ſcio. At ego meipſū odi, planeq; decretū eſt aut aliquā nanciſci fortunā, q̄ me ab his mendicabulis eximat, aut prorſus Diogenē imitari. Rurſū vale. Cantabrigiæ Idibus Septembribus.

Si quas pecunias habes in manibus, in hoc cōmiſſas, vt dent in ſubſidiū, rogo mittas aliquod nobiles Ricardo Croco quondā miniſtro ac diſcipulo Grocini, qui nunc Pariſijs dat operā bonis literis. iuuenis eſt bonę ſpei, & in quē recte beneficiū collocaueris, niſi me plane fallit animus. Rurſū vale vnice præceptor.

ERASMVS ROTERODAMVS THOMAE MORO SVO S.D.

VT nuſq̄ ceſſant ſycophantę mei vt nullū nō mouent lapidē, quo noceant Eraſmo. perſuaſerant Coloniæ vni atq; alteri libellum illum impium; & non vno incēdio dignū, a me cōſcriptū fuiſſe: perſuaſuri pluribus, ni p̄ſens impudentiſſimā calumniam retuliſſem. Q. ſi quid huis ſuſpitionis

apud nos quoq; ſubortũ eſt, vt ſolet in huiuſmodi negotijs per multos obambulare diuinatio: mitto ad te exemplar literarũ mearũ ad Paulũ Bombaſiũ: nam perlõgũ ſit eadẽ pluribus ſcribere. Nihil pudet iſtos ſycophantas: & neſcio quõ q̃ falſiſſima ſunt, libentius credit vulgus. Pridẽ erat in aio ſubmonere Pontificẽ ſummũ, vt huiuſmodi licenciæ indies magis ac magis gliſcenti finem imponeret, ſed nõdũ incidit cõmoditas. Antoniũ Pucciũ oratorem tñ admonui Baſileę, & recepit ſe curaturũ: nã illi quoq; res non diſſimulanda videbat̃. Cum tu duodeci angelatos mittis pro nouẽ, non video quid lucri facias video futurum, vt fortunę ſecundus flatus te nobis auferat, ſed hoc moderatius fero, q̃ tu interi ſelix es qualiacũq; nr̃a ſunt fata. Vetus eſt, amicis cõualeſcentibus ſoteria mittere: at iſtinc nec literę mittunt̃ cũ a tot morbis reuixeri. De theologorũ quorundã fucatiſſimis technis perlongũ ſit ſcribere. Ex literis meis ad Roffenſẽ, fabulę partẽ intelliges nã harum exẽplar ad te mitto. Bene vale Calendis Ianuarijs

## REVERENDISSIMO CARDINALI NANETENSI ERASMVS ROT. S. D.

Reuerendiſſime pater hiſce literis tantum illud teſtare volui, me nec eſſe adhuc, nec futurum vnquã immemorem humanitatis, qua me nihil promeritum tua reuerendiſſima dominatio tum in itinere, tum Romæ cõmorantem eſt proſequuta. Vt vrbis liceat obliuiſci, quærendus eſt mihi fluuiꝰ aliquis Letheus, ne me diutius cruciet eius deſyderium: nam non poſſum non dolere, quoties in mẽtem venit, quod cœlum, quos agros, quas bibliothecas, quas ambulationes, quas mellitas eruditorum hominum confabulationes, quot mundi lu-

mina,q̃ fortunã,quas ſpes tã facile reliqueri. Lenit tñ hoc deſyderium R. D. Gulielmi Vuarami archi epiſcpi Cantuarienſis inaudita q̃dã ĩ nos nõ ;huma nitas mõ, verũ etiã benignitas,vt ſi pater eſſet,aut frater nihil poſſit amantius. Cõplectunt & cæteri cõplures huius regni p̃ſules: inter quos p̃cipuus iſte epiſcopus Roffenſis,vir p̃ter ſũmã vitę integritatẽ doctrina quoq; varia,reconditaq;,tum aĩo minime ſordido,& ob has dotes hic ſummo in p̃cio habitus Huius comes Romã adiiſſẽ,ſi paulo tempeſtiuius factus fuiſſem certior.ſi quid erit negotii in quo ſer uuli infimi opera non grauet vti,mandet ac p̃cipiat R.T.D. Mõ dictus archiepiſcopus Cantuarienſis non titulo tñi ac dignitate primas Anglię,ſed erudi tione,integritate,fide,humanitate,modeſtia,modis oibus primas tenens,me licet immerentẽ, ſingulari fauore cõplectit. Is Romanæ ſedis ornamentis ita fauet,vt nemo oĩm magis, quãq̃ totum hoc regnũ propenſiſſimo in eam eſt animo. Precor deum,vt ſua ſancta pace omnia conſiliet,conglutinetq;. Be ne valeat R.T.D. Londini. VI. Idus Feb.

IOANNI COLETO SVO PLVRIMVM OBSERVANDO ERASMVS ROTERO DAMVS S.P.D.

POſteaq̃ relicta Britannia,Gallias repetii,dif ficile dictu,q̃ varie fueri affectus. Neq; enim facile iudicarim verũ lętior fueri,qui pridem relictos in Gallia amicos reuiſerẽ,an triſtior qui nu per in Anglia paratos reliquerim. nã illud vere poſ ſum affirmare,nullã eſſe regionem q̃ mihi vel vni uerſa tam multos pepererit amicos tã ſynceros,tã eruditos,tã officioſos,tã ſplendidos, tam oĩ virtutũ genere decoratos,q̃ multos vna peperit vrbs Lon dinenſis;quorũ quiſq; ſic ĩ amando me, iuuandoq; certauit,vt neſciã quẽ cui debeã p̃ponere neceſſeq;

habeam oẽs ex ęquo redamare. Horũ deſyderio nõ poſſum nõ excruciari: at rurſũ recordatione recreor dum illos mihi perpetua cogitatione quaſi pſentes reddo: dumq; ſpero propediẽ futurũ, vt eos repetã, haud vn q̃ poſtea relicturus, niſi ſi mors vna diuulſerit. Id quo fiat ocyus atq; cõmodius, cõfido te ꝓ tuo in me amore ſtudioq; cum reliquis amicis daturum operã, Dici non poteſt q̃ mihi placeat indoles liberorũ Baptiſtæ: nihil modeſtius, nihil tractabiliꝰ nihil in literis diligentius. quibus rebus futurũ confido vt & paterno aĩo, & meo ſtudio reſpondeant: magnũq; olĩ Britannię decus adferant. Vale. Pariſijs. poſtridie ſacramenti. Anno M.D.VI.

ERASMVS RICARDO SVO S.D.

NOn eo ſcripſerã de Ioanne meo, vt illũ Tũſtallo obtruderẽ, ſed vt gratũ facerẽ ſi hoc illi fuiſſet cordi. Animũ erga me tuũ tã amãtẽ ac propenſum amplector, atq; exoſculor. Perge mi Ricarde chariſſime, puriſſimis moribus puras adiũgere literas, qñ in hoc eſſe te video. Bene vale. Louanij. pridie Calen. Septembres.

R.P. ANTONIO DE BERGIS ABBATI BERTINICO ERASMVS S.D.

REuerende pater, cũ proxime eſſẽ Gandaui, ſero cognoui tuã amplitudinẽ adeſſe: quũq; iã conarer meo fungi officio, dictũ eſt eã abiiſſe. Poſt hæc accepi a nonnullis q̃ me vehementer cõmouit, R.P. tuã mihi neſcio q̃d ſubiraſci, opinor ob moriam, q̃ vir clariſſimus Georgius Haloinus me dehortante ac deterrente fecit Gallicam, hoc eſt ex mea ſuam fecit, additis, detractis, & mutatis quæ voluit. Ad hæc argumentum ipſum per ſe iocoſum eſt, nec tamen vllum hominum genus inſector odioſius. neque quenquã nominatim taxo, niſi me ipſũ. Poſtremo opus, hoc qualecũq; eſt, placet eru-

ditis totius orbis oībus,placet epiſcopis,archiepiſ-
copis,regibus,cardinalibus,atq́ ipſi Leoni pontifi
ci maximo,qui a capite vſq́ ad calcem totū plegit.
Q̃ ſi q̃d etiā ineptiſſē in hoc opere,& alij forent of
fenſi,ſperabā tuā celſitudinē vel vnā mihi patroci
nio futurā fuiſſe,videlicet ſui ſimilē cuius tantā hu
manitatē ſemper expertus ſum, vt ipſa humanitas
nō poſſit eſſe humanior.Proinde nondum adduci
poſſum,vt credā eſſe vera,q̃ mihi quidā ſuper hac
re narrarūt.Scio vulgo multa iactari inania, & mo
res tuos cādidiſſimos iam multis annis expertus ſū:
q̃bus pl⁹ habeo fidei,q̃ aliorū orationi.Scio quantū
interſit inter Bertinicū & Briſelotū: etiā ſi ab eadē
litera vocum eſt initiū. Quicquid eſt,rogo pergas
amare tuum Eraſmū,vel ob hoc ipſū,q̄ iam olim
amaueris,Q̃ ſi vnq̃ promeritus ſū tui ſimilium fa
uorem,auſim hoc fiducia mei magis q̃ arrogantia di
cere,me nunc maxime promereri:q̄ fortaſſis extin
cto me poſteritas rectius iudicabit: quamq̃ nec hac
ætate deſint qui perſpiciant.Verſor in collegio Li
liano,vnde eſt hic:qui has reddit, Theodoricus iu-
uenis feſtiuo feliciq́ ingenio,ac ſummæ ſpei.quare
ſi quid erit in quo requiret fauorē amplitudinis tuę,
quæſo vt experiat. Bene vale Mecœnas optime.
Louanij.natali Luciæ

## GERARDO NOVIOMAGOR. D. TRAIECTENSIS A SACRIS ERASMVS ROTERODAMVS S.D.

QVid tibi īprecer mi Gerarde dignū iſtis tuis
factis? Precor vt breui magno aliquo ſa-
cerdotio onereris. Dixeras,at nō ſol⁹ R.pſē
tē noſtrum non ante quartū aut quintū diē abiturū
ego iuxta vulgarē morē eum numerū cōduplicabā
exiſtimans ante octauum diē non mutaturū locum
& erat hic q̄ agerē. Videbā occupatiſſimo princip

non vacare tũ tẽporis. Præſagiebã vos ſero pran-
ſuros, & mihi iã ſtomachus latrabat. Proinde ſub
duxi me, teſtatus apud te domi expectaturũ eo die
ſi quid iuberet. nihil denunciatũ eſt. poſtridie mane
tranſcurro Louanſium, ꝙ arbitrarer haud multũ in-
tereſſe, hic, an iſtic agerẽ ꝙ ad cõueniendũ pſulem
attinet. Reliquo domi epiſtoliũ, quo teſtatus ſũ me
ad oẽm nutũ paratũ fore. Hodie propemodũ decre
uerã recurrere, & ecce Paludanus vetus compotor
tuus nunciat hodie dominũ proficiſci. ꝙ ſi verũ eſt,
egregiũ patronũ agas oportet, ne quid ſecus ſuſpi
cetᷓ ille, ꝗ res eſt: imo tu potiſſimũ in ius vocandus
in te cudenda faba, qui me tuis dictis fefelleris. Cre
de mihi mi Nouiomage, nullus eſt in orbe princeps
cui magis ex aĩo cupiã gratificari, ꝗ Philippo pſuli,
non ſolum ob id ꝙ illius ſubſim ditioni: verum etiã
ꝙ eximius ſit modis oĩbus, ꝙ noſtro faueat ingenio
lo: deniqꝫ tacito quodã, & arcano ſenſu mentis, ad
eum obſeruandũ impellor. Aulicis officijs haud ſa-
ne multum valeo: cæterum qua valeo, declaraturus
ſum quantopere celſitudinem illius & ſuſpiciã &
amem. Id nolĩ mihi credi, ni propediem ipſa re con
probaro. Nõ auſus ſũ ipſũ toties meis epiſtolis ĩter
pellare: tu fac apud illum mihi epiſtolę ſis vice. Si vo
cat, aduolabo: ſin minus, hoc impenſius maturabo
profectionẽ, quo liceat redire celerius. Arbitror me
reducẽ fore ante menſẽ Octobrẽ tum extricatus his
ſpinetis theologicis, vacuo trãquilloqꝫ aĩo muſis &
amicis vacabo. Neqꝫ ſuſciperem hoc iter periculo
ſiſſimum, ni me ratio famę cõpelleret. vbicunqꝫ gẽ
tiũ futurꝰ eſt Eraſmus; certũ polliceor, ꝙ pſulis celſi
tudo cliẽtulum habitura eſt, ex aĩo deditum addictũ
ꝗ & tua ſanctitas amiculũ minime fucatũ. Bñ vale
patrone optime. Louanij. XV. Calendas Maias.

RICARDO PACAEO SERENISSIMI

## ANGLORVM REGIS SECRETARIO PRIMO ERAS. ROT. S. D.

TOtus hic ann⁹ fuit mihi nigerrim⁹. faxit Chri
ſtus optimus maximus, vt ſuccedant candidio
res. την τωυ εμων κακων ιλιαδα. partim ex me
is ad Beatum literis cognoſces, quarũ exemplar miſi
Tunſtallo. Iã olim χαινων expecto de reditu tuæ bi
bliothecæ, miſereq; metuo ne noſtræ nugę perie-
rint. Libellus tuus auide legit̃ apud Germanos: ſed
tñ offendit nonnullos Conſtantienſes, q videaris
illis adimere literas, tribuere temulentiã. Statueram
vos autumno inuiſere, amplexurus q regia benigni
tas vltro defert. Extincto Cancellario nihil eſt q ſpe
rem a noſtris. Galliæ nouum hoſpitẽ fieri non libet
Si accederet q offert rex: nihil ambirẽ præterea: Tã
dem apud nos proſtare cœpit Galenus a Linacro
verſus: qui mihi ſupra modũ placet: poſthac & me
dicũ fieri iuuat. Decimarũ negociũ Germaniæ non
placet. Egregie τεινουσι το καλοδιον ουτοι πολυ-
μηχανοι μιδαι Bñ vale doctiſſime Pacęe. Linacrũ
meis v̓bis ſaluta: & ad reliquas ſuas lucubratiões ędẽ
das extimula. Louanij. xi. Cal. No. Anno m. d. xviij

## ERASMVS AEGIDIO BVSLIDIO S. D.

VIr ornatiſſime huc acceſſi, vt pluribus agerẽ
cum oratore regis Angliæ Ricardo Pacæo,
viro vtriuſq; literaturę callẽtiſſimo: ſed cõ-
moditas cœli facit, vt domi me cõtineã. Mitto dono
libros Galeni, opera Thomę Linacri meli⁹ Roma
ne loquentes, q̃ antea Græce loquebant̃. Tres po-
ſteriores magis te capient. nã tres primos conſumit
fere in vnguendo, lauando, fricandoq;, nunc puerũ
nunc adoleſcentẽ, nunc iuuenẽ. Nouũ teſtamentũ fe
licibus auſpicijs exijt in lucẽ: quo minus huc adduxe
rĩ, obliuio fuit in cauſa. Theologi miteſcunt, imo re
ſipiſcunt. Exire non audeo. Tuã excellentiã vocare

nõ audeo adcoenulã trib⁹ ouis apparatã: ad eã hoc venit sgraantior quo parcior eſt. Bene vale. Colloquar anteq̃ abeam.

## ERASMVS ROTERODAMVS GVLIELMO Neſeno liberalium artiũ doctori eximio S. D.

O Te terq; quaterq; felicẽ optime Neſene, Cui contigerit, ſub Cypriano Taleo, viro nõ literis ſolum ac morũ integritate, verũ etiã rara prudentia, miroq; rerũ vſu inſigni merere Muſis: cui cum Grecitas etiã acceſſerit, non video quid hominis dotibus poſſit adiungi Nã in oĩbus honeſtis diſciplinis ille iã oli ſic eſt abſolutus citra profeſſionis ſuperciliũ, vt nõ videã quẽ cũ eo conferre queã proinde etiã atq; etiã vide, ne ipſe tue deſis felicitati: fac nũc germanũ agas: vince, ſpolia, nuda Galliã bonis literis: ita futurũ eſt, vt nec illã relinquas pauperiorẽ, & tu pulcherrimis mercibus locuples in patriã redeas. Hic hic nos fortes & inuictos preſtem⁹ neq; cõmittamus, vt Germani Gallis ingenio ceſſiſſe videamur. Maiorẽ̃ modũ te rogo adeas meo nomine Petrum Viterium, is agit in collegio Nauarre vt ſciam quid valeat, quid rerum agat: nam iam diu ſcribit nihil. Tum fac ſciam quid agat D. Thomas Greius mutus & ipſe de Fabri Apologia, quã quidam aiunt eũ adornare, nihil ſane formido, tm̃ moleſtũ eſt bonas horas in talibus nugis collocare, cũ melioribus rebus vix ſufficiã, tũ video literarũ hoſtes hoc ſtudio moliri, vt nos cõmittant, arte plane tyrãnica, ſiquidẽ tyrãnis nihil formidabili⁹ bonorũ cõcordia. qd velit, ipſe viderit. pro vetere noſtra neceſſitudine doleo, q me ꝓuocãs nõ optime cõſuluerit famẽ ſuẽ. Q. ſi cuius inſtinctu denuo prouoca

bit odioſius fortaſſis non quibo imperare aīo meo ſimilem moderationē. Quid cum huiuſmodi rixis ijs qui gratijs ac Muſis ſacra faciunt: imo qui Christi myſtas profitent? Quāto ſatius eſt, certare mutuis officijs? Sed nemo pugnat acrius, q̄ qui nolens & īuitus ad pugnā pertrahit. Vtinā mihi ſemper in vagina conditum pereat rubigine ferrum: aut ſi ſtrīgēdum eſt, ne cogar in amicum exerere. Pene rurſus abſolui nouum teſtamentum, in quo quoties q̄ honorifice Fabri facio mentionē: niſi prorſus contumelia eſt illi diſſentire, cum ille diſſentiat etiā ab oībus Tu fac hoīem ames ac ſuſpicias, nec pilo tibi ſit īgratior ob hanc inter nos conflictaciunculā. Bñ vale amice ſīgularis. Ioēs Smithus meus iubet te ſaluere ſcripturus, ſed non licuit nec p̱ negocia, quibus nullis diſtringit, nec per ociū, quo abūdat. Louanij M. D. XVIII: XV. Calendas. Febr. Ex Lilio.

ERASMVS ROTERODAMVS
ornatiſſimo viro dño Ricardo
Paceo ſereniſſimi Angliȩ re
gis ſecretario primo
S. D.

SI vera ſunt q̄ de Paraphraſi ſcribis, gaudeo ſane vigilias meas non vſq; quaq; infelices eſſe. An nō mera felicitas eſt, exiguo labore magnā inire gratiā? Etenim ſi libeat operā cum opera cōparare, ſcribere Paraphraſes, ludus eſt p̄ ijs laboribus quib⁹ mihi conſtat Nouum teſtamentum. Atq; vtinā q̄ tibi ſcribis eueniſſe, oībus eueniat, nimirum vt illis quacunq; occaſione dulceſcat Paulus: hic vigiliarū mearū mihi fructus abūde magnus fuerit. Noli aūt Paraphraſi meæ tm̄ tribui, vt his fretus quiſpiā negligat interpretum cōmentarios, p̄ſertī vetuſtiorū imo ſpes eſt fore, vt ad hos diligentius excutiendos meus expergefaciat labor. nec enī deerunt, opinor

curioſi, qui periculum facere velint, vbi cũ interpre tibus conſentiã aut diſſẽtiã, & erunt fortaſſe qui ve nabunẽ ꝙ carpant. Paulus boni conſulit, quocunqꝫ aĩo pdicet euangeliũ, mõ illuſtret Chriſtꝰ: nec mea magni refert, quocunqꝫ aĩo mea Paraphraſis legat, mõ hac occaſione Paulus oĩm ſtudijs cõmendetur In ſtilo ſecutus ſum Senecę cõſilium, non affectãs ſermonis apparatum: ſed eo qui vltro ad manum ad eſt, ſum vſus. Nec enim arbitror tm̃ eſſe tribuendũ iſtis, qui hoc ipſo ſe iactant, ꝙ ad prodigiũ vſqꝫ bar bari ſint & Solœci: vt in illorum gratiã affectanda ſit orationis ſpurcities, pſertim ſi nobis non minus ſudandum ſit, vt ipſorum more loquamur, q̃ illi la- borant, ſi qñ conenẽ emendate dicere. Qꝫ hortaris, vt pergã ꝙ inſtitutum eſt abſoluere ου γε τον σπευ δοντα και αυτον οτρυνεις. Nihil adhuc vidi pertina cius hac in bonas literas conſpiratione. Cibi, potus, ſõni, citharę, choreæ, ſimiliumqꝫ voluptatum oĩm ſacietas: eſt vt inquit Homerus: his του συκοφαντε ιν κορος ουπωποτε ουδεις Et ꝙ proceres docue rũt, adeo gnauiter reddũt minores, vt nõ alibi magis locum habeat illud: ni fallor Euripideũ: πολλοι μα θηται κρεισσονες διδασκαλων. De nauigatõe ſuſci pienda faciã ꝙ mones: valetudinẽ in conſilium ad- hibebo. Qꝫ is regis animus in me pſeuerat, nõ tam mea cauſa gaudeo, q̃ eruditorum oĩm: qñ mihi non alio nõie fauet, quã ꝙ ſibi perſuaſit Eraſmum in lite ris eſſe aliquid. Non ſum auidus laudum: tñ vt ꝙ res eſt ingenue fatear: a tali principe laudari nec dolet nec pudet. Bene vale mi paceæ amicorum doctiſſi me, & doctorum amiciſſime: Louanij. Idibus Ma ijs. Anno. M. D. XVIII.

ERASMVS PAVLO BOMBASIO
SVO S. D.

O Pectus Muſis Gratijsq́ natū: obruis me tot officijs, vt parti me pudeat tibi toties gratias agere, & agere tm̄: parti nō occurrat formu la ſubīde noua qua id faciā. R. D. Cardinali S. iiii hoc magis debeo, quo minus quicquā de illius celſitudi ne ſū promeritus. R. D. Martinus Caraciola, Apoſtolicus apud cæſarē legat⁹, rem ſūma diligentia cu rauit, adiectis etiā amātiſſimis ſuis ad me literis. Pri⁹ exemplar miror quis interceperit: nā huiuſmodi lite rarum genus, non video cui poſſit eſſe vſui, p̄ter eū cui mittunt: ſecus eſſet, ſi de optimo epiſcopatu, aut alioqui ſplēdido ſacerdotio agerēt. Moleſtū eſt aīo meo, ꝙ occupatiſſimo tibi tm̄ accēdit a me moleſtię ſed tn̄ voluptati eſt ꝙ his occaſionib⁹ animi tui ſyn ceritas in dies mihi fit exploratior. Vtinā hęc noſtra regio vel paucos haberet Bōbaſios. Quis vnq̄ ſyn cerius aut conſtantius amauit q̄uis eximiū amicum q tu amas Eraſmū gratis, humilē, tenuē, vnde nullas officij vices ſperare poſſis, ad hęc tanto tū erudi tior tum feliciori? Nō queo ſatis conijectare, quis fue rit Gallus ille, quē ſcribis euanuiſſe, niſi forte Chriſtophorus eſt Longolius, iuuenis, vt ex illius intelli go ſcriptis, cum ad oēs bonas diſciplinas, tum ad elo quentiam factus. hic, ni fallor, vnus eſt eorum, qui mox Eraſmi nomen obſcurabunt: verū ea res mihi voluptati eſt, q̄ā mei noīs iactura, lucrum eſt Reipu. literarię. Demiror q̄ res Ioannem Laſcarē a Ro ma potuerit auellere. p̄ſertim Leone p̄ſidente rebus ac ſtudijs. Fratres Boerrios etiā atq́ etiam iubebis ſaluere meo noīe. Epiſtola tua non offendit Baſileę nec id temporis aderat, R. P. Antonius Pucceus. ſūmi pōtificis legatus: tn̄ hac de re ſcripſerā ad illū age tem Turegij: nā vt adirem hoīem, quēadmodū & ille vehementer cupiebat, & ego propemodum re ceperā, nec valetudo ſinebat, q̄ vectationem eque

ſtrē nodū patiebat,nec occupationes literariæ. Naui gatione,tametſi non caruit ſuis moleſtijs,tn̄ paulatī factus ſū cōfirmatior. Apud clariſſimū Hermannū comitē a Noua aquila,cū dies ferme quinq; ſuauiſſi me vixiſſē,adeo mihi placui vt mihi plane viderer renatus: mox ſedī pſens exitiū coniectus ſū adeo vt vix ſemiuiuus deportatus ſū Louaniū,ſiue id malis ventis debeo,qui tum peſtilentiſſimi pariter ac ve hementiſſimi flabant:ſiue meæ ſtultitiæ qui per me diā Coloniā vrbem id tēporis vndiq; funeſtā, auſꝰ ſim iter facere. Chirurgus vnus atq; alter peſtē eſſe cōfirmabat: tres carbunculos excidiſſe negare non poſſū. Mihi nec egrotare libuit,nec peſtem credidi, & profuit non credidiſſe:ſed reualeſco, fauentibus ſuperis ac inferi male pcantibus ijs,quibus dolet eſ floreſcere paſſi rectiora ſtudia. Bene vale. Louanij Idus Decembris. Anno M.D.XVIII.

ERASMVS ROTERODAMVS R.P. ANTONIO PAPINIO ABBATI GEMBLACENSI S.D.

Ex indice bibliothecæ veſtræ:cuius mihi iā pridē facta eſt copia:intelligo apud vos eſſe duos codices manu deſcriptos peruetuſtos: opuſcula diui Cypriani cōtinētes. Mihi certe geſtit animus hunc autorem orbi tradere repurgatū a mē dis:deinde diſcretū ab ijs quæ illi falſo inſcribuntur, qm̄ non aliū video inter eos qui latine ſcripſerunt q ad apoſtolici pectoris vigorē propius accedat. Vbi q; ſentias loqui paſtorē:ac martyrio deſtinatū. Et huiuſmodi viros theologi ſinimus obſoleſcere: quo magis miremur frigidas recentiorū nænias. Nihil autem dubito:quin amplitudo tua: vt eſt veræ religionis obſeruātiſſima:faueat & pijs ſtudijs & Cypriano pietatis magiſtro. Neq; tamen gratis hoc officium flagito;redibit ad vos Cyprianus; & redibit

non ſine fœnore, neq; patiemur interĩ, vt poſteritas ignoret, cui bonã huius beneficij partẽ debeat. Iam dudũ pro ceruina miſſa debeo, ſed longe plus debiturus promiſſo Cypriano. Bene vale pater R. cum ſancto fratrũ tuorũ collegio, quorum puriſſimis p̄cationibus Chriſto commendari cupio. Louanij. Calen. Iunij. Anno M.D.XIX.

## ERASMVS ROTERODAMVS CHRISTOPHORO HAGO S.D.

ALlatum eſt huc carmen elegiacum, a quo ſcriptum, incertum: certe titulus ad te ſcriptũ arguit. eo mortẽ meã deplorat, meq; tandẽ inter diuos collocat. Agerẽ gratias homini ꝓ ſuo officio, ſi noſſem: nunc tuum eſt illi meo noĩe gratias agere, cuius animus ſic in Eraſmũ propenſus, hoc mihi gratior eſt ꝗ hæc tribuit ſepulto. Nã viuum qui laudat, non ſolet abeſſe prorſus ab aſſentandi ſuſpicione. Sed quid imprecemur fabulis iſtis, q̃ me quot annis fere bis efferunt: idq; quo crudelius ſit, viuũ, cogũtq; toties me mihi ſuperſtitẽ eſſe? Quid imprecemur miſeris, niſi mentẽ illis meliorẽ dari, ne ſẽper ꝗ hactenus faciunt, viuant mortui. Etenĩ cum deꝰ ſit charitas, atq; is vita ſit animę: qui poſſunt haberi viui, qui ſic odere proximũ adeo nõ lędentẽ, vt ſtudeat de oĩbus bene mereri, vt quẽ viuere doleant, falſiſſimis iſtiuſmodi rumoribus ſubinde ſepeliant, interĩ imaginatione fruentes, dum re nõ licet, tũ ex eorũ dolore, quos triſtibus fabulis examinant, crudeliſſimã voluptatẽ capientes. Nos ſiue viuimus, ſiue morimur: dño viuimus ac morimur. Bñ vale vir optime. Antuuerpiæ. Idꝰ Aug. Anno m.d.xix.

## ERASMVS ROTERODAMVS GVLIELMO HVEO PARISIENSIS ECCLESIAE DECANO S.D.

AGit hoc miro conatu per literas Nicolaus Beraldus, hō gratijs natus, vt nos cōmittat. Quaſi certamen foret eruditionis, aut eloquentię non poterat magis deterrere. q̄ cum ſic adhortat. In hac, inquit, paleſtra, prouocari abs te mauult, q̄ te prouocare, vir alioqui i quouis ſcribēdi genere nō mediocriter ante hac verſatus. Cum inter pares ſemper impudentior habeat qui laceſſit: quis diceret, qᵒ q̄ eſſe mihi vel frontis vel cordis, ſi Therſites Achillem auſi laceſcere? Nunc cum nulli ſua obſtet fortuna conditio ve, quo minus cū quālibet magnis amore, beneuolentiaq; certet & modeſtior habeatur qᵘ quis hic laceſſit prior: non veritus ſū tuo ac Beraldi aīo morē gerere. His igitur literis laceſſo, viꝝ eruditiſſimum, minime doctus, virum integerrimū non admodū probus, ſed tñ amandi viciſſitudine nō ceſſurus, ne cpoſteriores laturus. Audio nō ſine ſūma voluptate Pariſiorū Academiā priſtinis ſuis ſtudiis in quibus hactenus haud dubie primā laudē poſſidebant, ac etiam num poſſident, propenſis animis trium linguarum amplecti cognitionē, & ad puriſſimos ſacrorū voluminum fontes ſubinde recurrere: neq; ſentire cum iſtis aliquot ſibi parum amicis, qui putant, has literas cum vera theologia pugnare, cū nullæ magis oībus honeſtis diſciplinis famulentur. Id partim Gallici ingenij tribuo candori: partim eximij pſulis Stephani Poncherij ſapientiæ viri inſtaurandis optimis literis: ac vere pietati diuinitus facti: ſed in primis optimo regi Franciſco. Soli nos nōdū hoc noīe poſſumus nobis gratulari. ſed tñ ſpes eſt non peſſima. Faxit Chriſtus optimus maximus: vt quemadmodum principes paſſim fauent: fouentq; recta ſtudia: ita philoſophiā amplectantur dignam ijs qui Chriſti vices gerunt: hoc eſt: vt q̄ lōgiſſime abſint a barbarica tyrannide: neq; per ambitionem

labefactent orbis Chriſtiani tranquillitatẽ ſimul ac libertatẽ. Et qñ ſuo fauore prouehunt eas lrteras, q bus principum geſta ſolẽt poſteritatis memoriȩ tradi ea gerere ſtudeant, q̃ mereant̃ oĩm ſeculorũ ſuffragijs celebrari. Bene vale vir optime, quem ego poſthac inter Gulielmos illos meos fatales ſũ relaturus. Antuuerpiæ. quinto Idus Auguſti.

## D. GEORGIO SPALATINO THEOLO INCOMPARABILI ERAS. ROT. S. D.

SI quid vacat occupatiſſimo, & ſi fas eſt theologo, audiq; rideas. Adijt me Petrus Alamirus hõ nõ infeſtiuus circiter Calendas Auguſti, Anno M. D. XIX. Louanij reddidit epiſtolium ex Aquiſgrano miſſũ, ſed affirmans ſibi Antuuerpiȩ eſſe ingentes epiſtolarũ faſciculos a ſũmatibus amicis de rebus haudquaq̃ vulgaribus. Huius interim voluptatis dies aliquot lucrũ feci. Poſt decẽ ferme confero me Mechliniã ſalutaturus epiſcopũ meũ, nempe Traiectenſem. nã, is forte tum aderat ἀγαθῇ τυχῃ Obuius eſt Alamirus: admoneo de epiſtolis: ait eſſe in promptu. Cum dicitur locus in templo ſimul & tẽpus. Profert multis circunſtantibus ĩ tẽplo epiſtolas quinq;, quaſdã duplici tunica vacuaq; obuolutas oẽs item cõmuni contectas in uolucro. Accipio, gaudio geſtiens. Ac tũ quidẽ cõtentus ex epiſtographia didiciſſe, quinã eſſent qui ſcriberent: nã aderant quibus cum erat ꝙ agerem. Ad prandium me recipio. nã condixerã apud Ioannẽ Robbinũ Decanũ eius tẽpli, virũ prudentia ſingulari: ſũma integritate: ſed ingenio perq̃ feſtiuo. is eſt in quẽ Collegij trilinguis ꝑcipua cura inclinata recumbit. Inter epulas cũ animaduerterẽ a cõuiuis deſiderari rerum nouarum aliquid, quo tædiũ diſcuteret: promo meas epiſtolas, modo redditas. reſigno, tua primũ venit in manus

in qua flagitas vt tuis literis aliquando reſpondeam quas vt apparet, illuſtriſſimi ducis, atq; adeo publico Academiæ noīe ad me ſcripſeras. Eas cū nō accepiſſē, & tñ ad proximas ducis, tuaſq; literas paucis ante diebus reſpondiſſē, demiror quid tibi velis. Tā dē inſpicio ſubſcriptionē, & reperio ſcriptā ex arce Adelburgia, Anno milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo. Idibus Nouēbris. Mox, vt par erat, ingēs riſus obortus, pro theſauro carbones reperim⁹, pro nouis vetera. Ibi fruſtratus, aperio literas Pirkemheri. has cōperio ſcriptas anno M.D.XVIII. Calendis Octotrib. Maior etiā obortus riſus. Reſigno literas Ricardi Sbrulij Foroiuliani Cæſarij poetæ. reperio ſcriptas anno itē xviij. Idibus nouēbris. Iā me ſuppudere cœperat. Soluo epiſtolā Georgij Behem, canonici Nurenburgenſis, ſcriptā xvij. die Februarij, anno decimonono. Vnus attulit omnes & ita reddidit, quaſi curriculo ex vltima Germania aduolaſſet, ſed ita mundas omnes, ac ſi eodem die ſcriptæ fuiſſent. O diligentiam. poſthac igitur huic mandabis, ſi quid epiſtolarum recte ſeruatum velis ſi quid reddi cupies, mandabis alij. Non dubito quī optimus ille Ionas cum collega ſuo, & literas, & animum noſtrum vobis retulerit. Male me habet ꝙ nomiſma quo illuſtriſſimi ducis imago mire repræſentabatur, mihi perijt vna cum epiſtola. Cū enim ſenſiſſem R. epiſcopum ac principem Leodienſem vtriuſque videndi percupidum eſſe, neque tum forte haberem in crumena, & ille ad multam noctem tardaret in intimis cōſilijs apud D. Margaretā, Maximiliani Cæſaris filiā, poſtridie ſūmo diluculo Germaniā additurus: tradidi cuidā, qui nobis vna cum epiſcopo prādētibus aſtiterat pocillator, vt illi oſtēſū vtrūq; mihi reſtitueret. Poſt dies cōplures ex me dico diſco, & iuuenē abiiſſe cū cæteris in Germaniā.

Nec adhuc epiſcopis ſe ſe in aulam noſtrā recepit, e Germania reuerſus. Mihi tn̄ magis dolet epiſtolæ iactura, q̄ nūmiſmatis. Ricardus Pacæus vir in vtraq; literatura pcellens: qui in electione imperatoris: nomine sereniſſimi Angliæ regis legatione fungebat: reuerſus iſtinc: dictu mirū quo pectore, quaq; facūdia mihi Federicum totum depinxerit: grauitatem viri prudentiā: integritatem, eruditionē. qd multis oīa magno principe digna. Is mea ſententia maiore cum laude recuſauit imperium: q̄ quidam ambierūt Et tn̄ nemo melius gerit principatum q̄ qui pōdus eius penit⁹ perſpexit. In nos magni noīs ſarcina depoſita eſt. Supereſt pcari ſuperos, vt nobis cū primis mox toti orbi Chriſtiano ſit fauſtū ac felix. Ad primum rumorem qui Carolo deſtinatum imperium nunciabat, tota hęc regio ſeſe in gratulationē & gaudium effundebat pene immodice. Sed vt eſt rerum humanarū temperatura: non deerat huic voluptati comes dolor. A peſtilentia nuſq̄ tuti ſumus, q̄ locis aliquot inclementiſſime ſęuit. Ad hæc magna manus, opinor ex his militibus, quorū opera profligat⁹ eſt dux Vuirtenbergenſis, obſidet noſtra confinia: incertum quo duce, cuius iuſſu, aut quorſū tendēs: hoc vnum facile cōiectant oēs ingentē vim pecuniarum flagitari. Multos adhuc terret exemplū Aſperę, ante biennium īternitione vaſtatę. Iāq; pœnitet clementiæ, qua ſuperiores exercitus dimiſimus incolumes. Neq; deſunt qui ſuſpicent̄ hunc exercitū cōſilio principū ali, vt ſit in promptu quo populū premant, ſi quid grauentur audire iuſſis, & iubent̄ vix ferenda. Sed in his fata viā inueniant. me miserę plebis miſeret, & piget quorundā pluſq̄ Thurcicæ tyrānidis. Poſtremo video rerū ſummā ad paucos cogi, paulatim antiquatis veteris democratię reliquijs. Siquidē i Hiſpania Saracenici imperij manifeſta ve

ſtigia licet hodieq; cernere, quorũ tyrannidẽ aliquã do paſſa eſt ea regio. Vtinã illud principibus queat perſuaderi, neminẽ ſplendidius regnare, q̃ qui liberis ac felicibus imperat. Reuerendiſſimus Cardinalis Albertus pĩceps Magũtiñẽſis humaniſſimis literis nos ornauit, donoq; luculẽto cohoneſtauit, qđ ego vel hoc noĩe pluris facio, qđ et a cordatiſſimo princi pe & vltro miſſũ eſt. Nã q̃ iuditio dãt: teſtimonia ſunt verius, q̃ munera. Edimus Cyprianũ emenda tum non mediocri ſudore, ita me Chriſtus bñ amet deinde auctũ acceſſione libellorũ aliquot, quos ex vetuſtiſſimis codicib⁹ adiecimus. adiecimus annota tiunculas aliquot, ſed paucas. Notha ſemouimus a geneſijs. & huiusgeneris adeo nihil decidim⁹, vt nõ nihil etiam auctai ij addiderimus. Illuſtriſſ. principi me, meaq; ſtudia cõmendabis. & ſodalitatẽ bonis li teris adiuratã, meis verbis ſalutabis dilĩgẽter. Amat victoria curam, Bene vale. Antuuerpiæ. VII. Id⁹ Auguſti. Anno. M. D. XIX.

## DES. ERASMVS ROTERODAMVS LVDOVICO CARINO SVO S. D.

QVod tam amicas l teras ad me dederis ſuauiſſime Carine, gratiã habeo: qđ tam eruditas, tibi gratulor, Vix enĩ mihi perſuaſit Neſen⁹ tuo Marte, qđ aiunt, fuiſſe conditas: ſed perſuaſit tñ vel quia vir minime vanus, vel quia mihi iã pridem nota ĩgenij tui felicitas. Perge mi Carine tibi ſolidã parare felicitatẽ. Id facies, ſi verã eruditionẽ, cũ mo rum integritate coniunxeris. Cętera vel non ambiẽ ti dabunt cælites Bñ vale. Louanij. Anno M. D. XIX. III. Calend. Mart.

## REVERENDISS. D. D. LAVRENTIO CAMPEGIO CARDINALI ERAS. ROT. S. D.

REuerẽdiſſ. dñe virtutũ tuarũ inſigniũ & eru
ditionis rariſſime fama inflãmatus, iã pridem
geſtio reuerendiſſ. D. T. & noſſe propius, &
corã adorare. Sed hactenus obſtitit partim valetu-
do, ex diutinis morbis etiãnum tenerior, ꝗ vt eã au
ſim nauigationi moleſte cõmittere: parti ꝙ ante mẽ
ſes aliquot Chriſtianiſſimi regis literis euocatus ſim
in Galliã: cui diutius excuſare non licuit. Verum ne
nullo interĩ argumento declararem meã erga R. D
T. animi propenſionẽ, mitto Nouũ teſtamentũ, ma
gnis ſudorib⁹ denuo a me recognitũ ꝙ, S. D. N. Leo
ni dicatũ ipſius hortatu in lucẽ emiſi, queadmodũ il
lius Breue teſtat̃, additũ in operis frontiſpitio. Huic
initio reclamabant quidã, ſed qui aut non legebant,
aut non intelligebant. Nunc amplectunt̃ oẽs exce-
ptis pauciſſimis, quos pudet reſipiſcere. Hi nullum
non mouent lapidẽ, vt bonas literas paſſim refloreſ
centes opprimant. Ad id ſplendidos ꝓtexunt titulos
hęreſeon profligationẽ: eccleſię defenſionẽ: cũ, mihi
crede, lõge aliud agãt. Mihi certe rebus oĩbus omiſ
ſis illud vnice ſtudio fuit, vt meũ ingeniolũ hoc &
qualeſcunq; literulę, Chriſti glorię ſeruirẽt, ac eccle
ſiæ cõmodis. Hõ tñ ſũ, labi poſſũ. Q, ſi iudiciũ alicu
bi defuit, animus certe rectus non defuit. Oĩbus ne
mo hactenus placuit. Mihi ſatis eſt ꝙ optimis qui-
buſq; placeo. Sed vide queſo, peruerſiſſimã, imo in
gratiſſimã quorundã malitiã. Diffiſi libris & argu
mentis, quidã ſycophantijs aggrediunt̃: quicquid
prodit libellorũ, quibus hoc tẽpore quidã nimiũ licẽ
ter ludunt, mihi inpingunt. Prodierat Nemo (nã is
eſt libelli cuiuſdã ludicri titul⁹) meũ eſſe calũniabãt
& perſuaſerant, ni autor iratus ſibi ſuũ opus vindi
caſſet: Exierant epiſtolæ qdã ridiculæ: non deerant
qui me adiutore ſcriptas dictitarent. Poſtremo pro
dijt neſcio qbus auibus opus M. Lutheri, autor mi

hi tã ignotus eſt, q̃ qui oĩm ignotiſſimus. librũ non dum perlegi: & tñ initio meũ eſſe dictitabant, cum illic nec vnus apiculus ſit meus. Horũ quũ nihil ad huc ꝓcedat, ipſa re reuincente mendaciũ, dialogi cuiuſdã ſuſpitionẽ mihi moliunt impingere. Is, vt ex argumento ſatis cõſtat, ſcriptus eſt in odiũ diui Iulij Pontificis maximi, ſchiſmatis tẽpore. ſed a quo, incertũ ante, quinq; annos deguſtaui verius, q̃ legi. Poſt repperi ĩ Germania apud quoſdã deſcriptum ſed varijs titulis. Quidã teſtabant Hiſpani cuiuſpiã eſſe, ſed ſuppreſſo noie. rurſus alij Fauſto poetę tribuebant, alij Hieronimo Balbo. Ego quid de his cõiectẽ, nõ habeo, ſubodoratꝰ ſũ quoad licuit: verum nũdũ ꝑueſtigaui, ꝙ aĩo meo faceret ſatis. Deſipuit, qſquis ſcripſit: & maiore ſupplicio dignꝰ, quiſquis euulgauit. Ac miror eſſe qui ſolo ſtili argumẽto mihi obtrudere parẽt, cũ nec mea ſit phraſis. niſi prorſus ipſe mihi ſũ ignotus: nec mirũ ſit futurũ, etiã ſi q̃ in oratione nõnihil referrent Eraſmicũ, quũ verſer in manibus oĩm, & referimus fere in quorũ aſſidua lectione verſamur. Neq; deſunt hic qui iactitẽt tuã quoq; reuerendã dñationẽ, propemodũ in eã ſuſpicionẽ adductã eſſe. ꝙ mihi certe nunq̃ ꝑſuadebit donec ꝑſuaſũ erit q̃ de doctrina prudentiaq; eiꝰ ad mirabili paſſĩ a ſũmis viris ꝑdicãt. Neq; quicq̃ addubito: quin etiã ſi qd ſuſpitionis occupaſſet aĩm tuũ facile ſĩ excuſſurus, ſi corã det̃ colloqui, id ꝙ aliquã do licebit fauẽte Chriſto. Interĩ obſecro pietatẽ tuã vt hoc ſibi perſuadeat, Eraſmũ huiuſmodi libellos ab alijs cõſcriptos, & edẽdos ſuppreſſiſſe: tñ abeſt vt huiuſmodi qddã ipſe vel ediderit, vel editurꝰ ſit vnq̃. Nec mirũ ſi iſtic ſũt q de me talia mẽtiãt, cum hic de ꝓximo nõ pudeat quoſdã ĩprobiſſime de me mẽtiri oibꝰ oĩm ſycophãtijs reſpõdere nõ poſſũ hoc ꝙ ĩ me ſitũ ẽ ꝑſtabo. Si qd valet hoc ĩgeniũ ſi qd hę

literæ, ſi quid induſtria, id totũ Chriſto & illius ſpõſę vſibus dicabit. Id ita eſſe reipſa cõperiet D. T. R. ſi quã dignabit̃ facere periculũ. Mitto nunc librũ nondũ, vtpote recentem adhuc ab officina, nec erat ſpacium adornandi. poſt dies aliquot mittet̃ alter cõueſtitus. Reuerendiſſimo dño cardinali Eboracenſi clientulum hunc non grauabit̃ celſitudo tua cõmẽdare, cui ſcripturus erã, niſi interĩ & volumẽ & epiſtolã hanc putarẽ ei cõmunẽ fore. Bñ valeat E. R. T. D. cui me totũ dedico, conſecroq;. Louanij. Anno M. CCCCC. decimo nono. Calend. Maij:

REVERENDISS. D. D. LAVRENTIO CAMPEGIO CARDINALI ERASMVS ROTEROD. S. D.

Reuerendiſſime D. quid poſthac nõ libeat audere, poſteaq̃ hęc temeritas mihi tã feliciter eccidit? Ego id mõ ambiebam vt operi meo, ob nouitatem apud quoſdã inuidioſo, ſi contigeret ſic in tuã bibliotecã reponi, quemadmodũ olim libri, q̃ poſteritatis memoriã promereri viderent̃, in Apollinis templo collocabant̃, dignitatis nonnihil accederet ſic enĩ futurũ, vt eruditiſſimi Cardinales, P. maximi Leonis oraculo ſubſcribere viderent̃. neq; enĩ vlla cedrus fidelius ſeruat a carie temporũq; iniuria ſtudioſorum hoĩm monumenta q̃ taliũ procerũ authoritas. Nam illud ſane leuiter metuebã, ne quid apud prudentiſſimã eruditionem tuã, & eruditiſſimã prudentiã valerent impudentiſſime quorundã ſycophantię, quas rident atq; exibilant ſi qui ſũt ex media plebe paulo cordatiores. Hoc igitur cũ agerẽ tũ, ecce q̃ ingens lucrum p̃ter ſpem obtigit, q̃ ingẽtem p̃dam hæc attraxere retia. primũ tã inſignẽ heroa, & eccleſiæ Chriſtiane columẽ plenius noſſe contigit. Deinde tã eximium patronũ, atq; etiam, ſi fas eſt vſurpare q̃ offers, amicũ mihi paraui. Vt cũ

ꝙ tui ſimulachrum mihi publica fama deliniarat, ve
rum effigiē animi tui longe plenius expreſſit Ricar
di Pacæi, qui ſereniſſ. regi primus eſt a ſecretis, ora
tio. nam is, vt egregias tuas dotes propius inſpexit,
ita non vulgaris eſt pingendi artifex, homo nimirū
nō minus facundus, q̄ eruditus. Verū epiſtola tua
ita te totum mihi repreſentauit, vt mihi viderer ante
hac tenuē mō vmbram excellētiæ tuæ nouiſſe. Ma
gnum quendā & eximiū virū ille deſcripſerat, ſed
immane quanto maiorem te tuę literæ declarant, ꝑ-
ter eruditionem pontificio legato dignā, ꝑter huma
nitatem eruditione ſūma dignā, rarā etiā vite inte-
gritatē, ſacrarū etiā literarū amorem ac ſtudiū ſpirā
tes. Nā illud immodice cuiſdam benignitatis fuit ꝙ
eum qui libros aduexit, tot aureis oneraris, videlicet
vt largius etiam potitaret addictiſſimus Bacchi my
ſtes, cum ego hoiem iuſto viatico inſtruxiſſem. Cæ
terum anulus quem digitis tuis detractū ceu ſacrum
quoddā amicitię noſtrę μνημοσυνον imo ſi tuis ver
bis vtendū eſt, fraternæ charitatis pignus ad me mi
ſiſti, adeo gratus eſt aīo meo, vt recuſaturꝰ ſim vnū
illum vel cum vniuerſis Attali gazis commutare,
igneus auri fulgor mihi tuæ ſapientię prorſus cardi
naliciæ ſymbolum ſemper erit: & adamantis gratiſ
ſima lux, nunq̄ antiquandā noīs tui gloriā repreſen
tabit, deniq; ſi mihi poſſet vnquā talis patroni obli
uio obrepere, ſuffricabit memoriā, quidq; Cāpegio
debeā cōmonefaciet. De noſtro ingenio vere Bata
uo, deq; ſtudijs noſtris, nō fuit ingratum ꝙ tā erras
amanter. Siquidem hic eſt oculus ille euangelicus,
puri candidiq; pectoris, alienas dotes ex ſeſe metiēs:
cū oculo prauo viciatoq; mala ſint etiā q̄ ſunt opti
ma. Nihil igitur, inquiēs, profecit mea laudatio? Pro
fecit non nihil, certe ſtimulos addidit, vt poſthac ala
crius enitar fieri, ꝙ me ꝓdicas eſſe. Nec eni arbitror

vllã ętatem ſerã ad id, vt quis ſeipſo melior euadat Quę prouehendis egregijs ingenijs fauorē ꝓpenſū tam benigne polliceris: omniū noīe gratias ago, efficiamq́ pro virili, vt intelligant ſe ſe tuę celſitudini debere. Porro ꝙ in ornando iuuandoq́ Eraſmo negas te cōmiſſurū, vt aliorū quiſq̄ tibi par eſſe videatur, nimirū exoſculor iſtū animū tuum, meq́ cūprimis felicē hoc noīe iudico. Hęc tumultuanē effutiui verius, q̄ ſcripſi, ne qñ ſignificas tibi celeriter inſtinc abeundū, meæ literæ R. D. T. nō offenderent. Nō ero contentus hoc argumento tuā ī me benignitatē & meū in te animū declaraſſe: ꝙ breui, vti ſpero, vberiore magiſq́ viuaci monumento docebimus. Bñ valeat E. T. R. D. cui Eraſmū quantus eſt, mancipio dicoq́. Louanij, pridie Id⁹ Iulii, anno m.d.xix

## ERASMVS ROTERODAMVS ZASIO SVO S. D.

Vix licuit tuas legere literas mi Zaſi, quib⁹ alioqui nihil accidere poterat iucūdius. Quid ego librū tuū collaudē? cōpendio dicā. Zaſianus eſt, hoc eſt, abſolutiſſimus, dignus qui fiat orbi communis. Ad id adiuuabimus ſimulatq́ vacabit: vacabit aūt intra bimeſtre, quāq̄ Aquinate tā ſubinde citato, nōnihil inquinaſti ſplendorē tuę dictionis. verū id ſcio quibus tribueris, & fero: mallē alioqui perpetuum illū Zaſianię dictionis curſū, ac tenorē dicēdi. Eraſmū nimis amanter citas, hoc eſt, longe ſupra meritū. Bñ vale. Bonifaciū nō vno noīe vnice diligo, de quo ſane ſummā ſpē cōcepi. Mitto & alterū epiſtoliū olī ad te ſcriptū, ſed obliuione miniſtri relictū apud me. Probat & Beatus librū tuū, tu cura vt abſoluat: & ſi fieri poteſt, velim ea quoq́ quę citas ex parū expolitis autoribus, tamen Zaſiano lepore conueſtiri. Rurſum vale.

ERAS. ROT. ZASIO SVO S. D.

SIngularē eruditionē tuā cū pari cōiunctā eloquentia nuper e duobus eruditiſſimis, nec minus facundis, cognoui, primū ex Beato Rhenano, mox ex Ioanne Gallinario. Fac etiā tuā non vulgarē ex literis ītelligo: ſiquidē cū tu vir oī virtutū laude cumulatiſſim⁹, nō grauatus eſſes nos, q̃ nihil ſumus, politiſſimis literis tuis ad amicitiā, prouocare quantū ego felicitatis nec optare vnq̃ auſus fueram mox altera epiſtola crimen impudentiæ deprecaris ꝙ tantulus ad tm̄ heroa ſcripſeras, vt miſſas faciam iſtas delitias, quibus apud Italos vulgo docti ſeſe delinire cōſueuerunt. Sed vt hō Germanus cum Germano germana illa & ſimplici veritate agā, ipſe me meo, ꝙ aiūt, pede metior, & noui q̃ ſit mihi curta ſupellex: tantum abeſt vt laudes agnoſcam, quas tu mihi tribuis. Cæterū ex animo noſtræ gratulor Germaniç, quæ iam olim bellicæ rei gloria florens. nūc paſſim tot etiam eximijs in omni literarum genere viris illuſtratur: qua quidem gloria non alia neque verior, neque diuturnior. quos quamquam omnes vehementer ſuſpicio, ſicuti par eſt: tamen null⁹ ſtilo magis capior, quam tuo, non tantum ob id quod caſtiſſimus eſt & ab omni næuo puriſſimus, verū etiam ob id quod Politianicam illam Venerem ac delicias mire referre videtur: cuius viri ingenio ſēper ita ſum delectatus, vt nullius æque. Porro cum in Politiano ſumma laudum ſit eloquentia, quanto rectius te mi Zaſi cōuenit ſuſpicere, in quo, quod in tanto viro ſummum, in te acceſſorium eſt, & velut auctarium, Proīde debeo Beato, debeo Gallinario, ꝑ quos te primū cœpi cognoſcere, ſed magis tibi debeo, cuius humaniſſimis ſimul & elegātiſſimis literis etiā in amicorū tuorū numerū coopter: quare nihil mihi potuit accidere iucundius aut honori-

ſicentius. Neq; vero cõmiſſurus erã, vt tu priores occupares, ni huic piſtrino ſic eſſem affixus & obligatus, vt vix ſit ociũ capiẽdo cibo adagiorũ opus ita locupletatur, vt aliud videri poſſit. Apparatur mox excudendus Hieronymus cũ annotamentis & ſcolijs noſtris. Adornatur nouum teſtamentũ noſtris purgatum & illuſtratum ſcholijs. Editur a nobis recognita Copia: ædetur & Similium liber. Opera q̃ verterã Plutarcho, iam formulis excuſa ſunt. Paratur & ſeneca Annęus, a me ſũmis laboribus emaculatus, cum horũ vnum quodlibet huiuſmodi ſit vt totum hoĩem, & quidẽ nõ Eraſmum, ſed adamantinum aliquẽ deſyderet. Facile potes coniecturã facere, q̃ mihi nihil ſit vacui temporis: vnde veniã des oportet. primũ quidem q̆ ad tuas literas tã elimatas tã; inconditis reſpõdeo, plane χρυσεα χαλκειων αμειβομενος. Deĩn ſi poſthac aut rari⁹ aut paucorib⁹ q̃ tu velles tecum agere videbor, ſimulatq; hiſce me laboribus nonnihil extricauero, libebit vel iuſtis voluminibus cum meo Zaſio congredi. Q̃ʒ moliris in ius Cæſareũ illuſtrandũ, p̃cor vt Muſę bene fortunent, ſcis opinor, Budęũ Pariſienſem tale quiddã eſſe conatum, & Cutbertus Tonſtallus Cantuarienſis archiepiſcopi cancellarius, vir vtriuſq; literaturę callẽtiſſimus innumeros habet locos annotatos. Q̃ʒ in tuis cõmentarijs noſtri mentionem facis, meq; paras immortalẽ reddere, magnopere gratum eſt laudari a viro omniũ laudatiſſimo. Vnũ illud a te rogo ne poſthac tã inuidioſis titulis oneres Eraſmum, ne quã naſutulus irridendi mei præbeas anſam. Quis enĩ nõ rideat Eraſmum magnum appellari, qui nulla nõ parte minimus ſit? ad hæc felicem, cui nihil eſt q̆ fortunę poſſit acceptũ ferre? Bonifaciũ iuuenem iuxta modeſtum atq; eruditum, quæſo ne graueris meo noĩe ſalutare. Reſalutat te Gerardus Liſtrius

noſter, ex aīo vt tui ſtudioſiſſimus, ita dignus profecto quem tu mutuo, ſicut facis, diligas. Bene vale Baſileę nono Calen. Octobr. Anno M.D.XIIII.

ERASMVS ROTERODAMVS INSIGNI THEOLOGO D. IOANNI CLAYMONDO S.D.

EGregiā illā prudentiā ſuam, qua ſēper publicæ famæ ꝑconio cōmēdatus fuit R.P. Ricardus epiſcopus Vuintonienſis, nullo certiore argumento nobis declarauit, Claymonde, non infimum decus ordinis theologici, ꝗ ꝙ collegiū magnificum ſuis impendijs extructum tribus precipue linguis, ac melioribus literis, vetuſtiſq; autoribus proprie conſecrauit. Nā qua ratione melius mereri potuit de rebus humanis: aut quo monumento rectiꝰ nomen ſuum eternæ hominum memoriæ dedicare. Iſtuc profecto demū eſt eccleſiæ columē, iſtuc eſt epiſcopū agere. Maiorē aūt in modum gaudeo R. D. Thomā Cardinalē Eboracenſem, R.D. Cardinalem Cāpegium, ac ne cæteris cōmemorandis fiā prolixior, ipſū etiā Henricum octauum, principem nullo huius ætatis vere regijs dotibus inferiorē, toto pectore huic fauere negocio. Quorū vt autoritas facile coercet oblatrantium improbitatē, ita benignitas abunde ſuppeditat, quibus inuitat̄ induſtria profeſſorū queq; poſtulat ocium lierarū. Complures regiones vulgare monumentū aliquot nobilitauit. Ingēti Coloſſo Rhodꝰ eſt celebris: Caria, Mauſoli ſepulchro: Mēphis, pyramidibus: Cnidus, ſculptili Veneris ſigno: Thebę, magico Mēnone. Mihi ꝑſagit animus futurū olim, vt iſtud collegiū ceu tēplū ſacroſanctū, optimis literis dicatum, toto terrarum orbe inter ꝑcipua decora Britanniæ numeretur: pluresq; futuros, quos trilinguis iſtius bibliothecę ſpectaculū, quæ nihil bonorū autorū nō habeat,

vnde nihil malorũ non exulet, pertrahat Oxoniã, q̃ olim tot miraculis viſenda Roma ad ſe ſe pellexit. Quin & illud mihi quidē ſagax conſiliũ optimi prę ſulis arguit: quod te potiſſimũ ex oībus delectum: virum haud quaq̃ nouę: ſed iã olim notę, perſpectę q́ꝫ probitatis, nouo collegio præfecerit: qui primũ poſſis eas literas & cũ dignitate profiteri: deinde poſ ſis vel vnus eſſe documento, optimis literis cũ opti mis moribus maxime conuenire. Facit enim pauco rum improbitas, vt qui bonis literis parũ bene vo- lunt, calumnient̄ hoc ſtudiorũ genus corrũpere vi- tã humanam, & auocare a pietate Chriſtiana. Sunt aũt apud nos p̄cipue Germanos, iuuenes aliquot, vita quidē ītegra, ſed qui ſic aſſerant meliores literas vt in harũ hoſtes magna libertate velut ἐξ ἁμάξων debacchent̄. Equidē nõ nego veniã dãdã ętati imo etiã genti, p̄ſertim cũ tã acerbis odijs irritent̄, vt ī ad uerſarios nihil poſſit ſatis aſperũ dici. Sed tñ mea ſē tentia, longe plus adferet momenti tua modeſta gra uitas, & erudita lenitas, hos etiã qui modo reclama bant, qui arma contra ferebant, in ſua caſtra pertra- ctura ex infeſtiſſimis hoſtibus. fideliſſimos milites, ac ꝓpugnatores futuros Plꝰ efficit q̃ ſua moderatio ne oībus cõmēdat bonas literas, q̃ q̃ cũ pertinacibꝰ harũ ſycophantis aſſidue rixatur. Ego q́ꝫ tandē con tumelię genus non ſum paſſus ab iſtis ab iſtis philo barbaris? Quos tumultus excitarunt? quas mouere tragœdias? quas ſtruxerunt inſidias? Mihi ſane nec vngues deerant, nec dentes, nec telũ, ſi libuiſſet vti, neq́ꝫ ſũ ignarus, quibus modis eiuſmodi portēta tra ctanda ſint, verũ iudicaui non ſolum Chriſto eſſe gratius, verumetiã ad prouehēda rectiora ſtudia cõ ducibilius, aut moderatis rationibus placare reclamã tes, aut certe cedere; donec temporis progreſſu aut euaneſcat illis ſtolidi pectoris impetus aut reſipiſcãt

Nec adhuc me huius conſilij pœnitet. Non auſur⁹ eram doctiſſime Claymonde, te meis literis laceſſe re, niſi Cutbertus Tunſtallus, Thomas Morus, Ricardus pacæus, ſuis literis magno conſenſu morum tuorum τὸ εὔχρησον ac facilitatē integritati parē p̄dicaſſent. Quibus autoribus fretus, non veritus ſum vel hac manu tibi ſcribere, qua ſoleo cogitationum mearum celeritatem æquare. Bene vale. Louanij. quinto Calendas Iulias. Anno M.D.XIX.

ERASMVS ROTERODAMVS BILIBALDO SVO S.D.

NEſcio cuius culpa factū ſit, vt prolixor illa tua epiſtola mihi tā ſero ſit reddita. Ea mihi declarauit Bilibaldū (cuius humanitatē integritatē atq; eruditionē iā ante ꝑſpectā habebā) virū eſſe ſingulari etiā p̄ditū prudētia animiq; magnitudine, q̄ deceat hoīem neutiq̄ plebeiū. A principibus facile contingeret fortuna, niſi mihi nimiū dulcis eſſet libertas. Nimio emptū videt̄, quicquid huius emit̄ diſpendio. Poſteaq̄ ego hac quantulacunq; fortunula contentus ſum, me tranquillo fiet, ſiue dabunt aliquid, ſiue nihil dabunt. Atq; vtinā nō pauperior etiam eſſē his veris opibus, quibus tu me beatū p̄dicas. Facti tui rationē ſic reddis, vt mihi plane perſuadeas. Tuę vero ciuilitatis eſt q̄ pro admonitione noſtra audaci potius quā tēpeſtiua gratias etiā agis. Cū horū tumultus & cōſpirationes mi Bilibalde mecū reputo, partim demitor quid ſibi velint, partim indignor, partim miſeret cęcitatis ac dementiæ. Aſtrologi tradunt quaſdā peſtes, vt animorū, ita & corporū ab aſtris īmitti. poetę, ab inferis. Homer⁹ huiuſmodi ꝑturbationū cauſā ī Aten reijcit. nōnulli Pani deo ſimile q̄ddā tribuūt, hoc malū vndecūq; veīt fatale ē. De recutito nō libet meminiſſe, quē vel noīa re ominoſū puto, q̄d venit ī mētē gratio: vt ſuas literulas turpit̄ ſeruire velle q̄rūdā ſtultitię, ſeu potius

ambitioni: cum eo videať ingenio ꝑditus, vt ſi vero iudicio iuſtā operā adiunxiſſet, inter eloquentes ac literatos haberi potuiſſet? Nunc nō alio facinore notus eſt: niſi ꝙ calumniatus eſt Reuchlinū & huius amicos, quodqꝫ quorundā infanti malitiæ mercenarium, ciboqꝫ conductū rhetorculū ꝓbuiſſe videatur Quoties in aīo fuit admonere R. P. Iacobū Hoechſtratum, ne tot annorū ſtudiū in rixoſum hoc negocium collocaret, ne ve ſe apud eruditos viros ſuis libellis traduceret? quos legens, quoties illud mecum vtinā te meis videres oculis. Sed cū hoīe mihi adeo nulla intercedit familiaritas, vt neuter alteri conſpectus ſit. Et expert⁹ noui, q̄ nō ſemper ſuccedat etiā inter amicos liberior admonitio. Itaqꝫ verebar ne ſedulo famę ipſius conſulens, in ſuſpicionē venirem, quaſi Reuchlini negociū agerē: qui cū ſic mihi intercedit neceſſitudo, vt a cauſa ſim plus q̄ alieniſſimus Sunt qui ꝑdicent Hoechſtratum moribus eſſe non oīno inciuilibus: alij ſecus narrant. Ego ſemper malo credere bene, q̄ male ꝑdicantibus. Tn̄ vt ingenue fatear, ꝙ verū eſt vbi libellos hoīs deguſtaui, min⁹ bene q̄ antea de illo ſentire coactus ſum, ipſa videlicet re. Habet ſodales aliquot qui applaudant, qui ſuffundāt frigidā, qui εὖγε accinant, ex horum vel iudicio, vel adulatione totius orbis æſtimat ſuffragia. Habebat & hic ſuffragatores: ſed qui clam ac technis rē agerent, etiā ſi nuper cœperunt perfricare faciem, diuqꝫ cælatum animi morbū ꝓdere. Nec adhuc queo ſubodorari, q̄ res illos adeo cōmoueat, niſi ꝙ, vt ſentio, ſibi ſtultiſſime perſuaſerunt ſi meliores literę paſſim effloreſcāt, ita vt faciunt, fore vt autoritas horū qui pręter recentem hanc doctrinam nihil neqꝫ didicerunt, neqꝫ ſperant, prorſus labefactetur. Cuius mali nos ipſi cauſā aliqua ex parte damus, dum illorū ſtudia nimium acriter inſectamur.

& noſtra ad inuidiã vſq; iactamus, dũq; illos imita ri malumus in malo quã ĩ bo no vincere, dũq; prius eſt perpendere quid illorũ mereat̃ improbitas quã quid nobis dignũ ſit Ego locis aliquot attigo Theo logos parũ ſynceros: parumq; dignoſco ti tulo: ſed quales apud nos nullos eſſe putabã. Tales expertus ſũ quoſdã: vt ſimiles nuſquã gentiũ eſſe crediturus fuerim lenones. Parum mihi propitius ſit Chriſtus: ſi quid mentior. In tã virulentis ſycophãtijs, quib9 vndiq; tundor: conſolor me primum conſcientia re cti: deinde cõplurium iudicio: quos nemo nõ fateñ & vita graues: & eruditione pcellentes: & iudicio exquiſito pditos. Nouum teſtamentum rurſ9 noua tum exibit breui: ſatis elaboratum: ſed aliquanto mi nus etiã quã vellẽ, ob valetudinis aduerſitatẽ: excu ſus viriculis pẽſi modum metiamur oportet. Q. mi hi cum Fabro incidit cõflictatio: nõ minus male ha bet animum meum, quã tuum: idq; cum multis no minibus: tum hoc pcipue, q; dolere hanc fabulã fore gratiſſimã ijs quibus ingratiſſimæ ſunt bonę literę Tñ & opera dat̃, & ſpes eſt, futurũ vt hoc vulnuſ culũ aliqua cicatrice obducat̃. Faber aĩo meo charus eſt, & me arbitror illi nõ prorſus inuiſũ. De te viſẽ do ornatiſſime Bilibalde, vtinã ęque mihi foret faci le, ac tu vehementer optas. Bñ vale. Baſileæ.

GVLIELMO COMITI ANGLO. ERAS MVS ROTERODAMVS S. D.

PEruenimus itãdẽ & quidẽ incolumes, tametſi iuitis (vt apparet) & ſuperis & inferis. O du rũ iter. Quẽ ego poſthac Herculẽ, quẽ Vlyſ ſe, nõ contemnã? Pugnabat Iuno ſẽper poeticis vi ris infeſta: rurſum Eolum ſollicitarat: nec ventis mõ in nos ſęuiebat, omnibus armis in nos dimicabat, fri gore acerrimo, niue grãdine, pluuia, hymbre, nebu lis, oĩbus deniq; iniurijs. his quę nunc ſingulis, nunc

vniuerſis nos oppugnabat. Prima nocte, poſt diu-
tinā pluuiā, ſubitum atq; acre obortū gelu viam aſ
perrimā effecerat. Acceſſit niuis vis immodica: deī-
de grando tum & pluuia, q̄ ſimul atq; terrā arborē
ve contigit, protinus in glaciē cōcreta eſt. Vidiſſes
paſſī terram glacie incruſtatā, neq; id equali ſuper
ficie, ſed colliculis acutiſſimis paſſi extātibus. Vidiſ-
ſes arbores glacie veſtitas, adeoq; preſſas, vt alię ſū
mo cacumine imum ſolū cōtingerent, alię ramis la-
cerę, alię medio trunco diſciſſę ſtarent, alię funditus
euulſæ iacerent. Iurabant nobis e ruſticis hoīes natu
grādes, ſe ſimile nihil vnq̄ ī vita vidiſſe antea. Equis
interī eundē erat nunc per profundos nimiū cumu
los, nunc per ſentes glacie incruſtatos: nunc per ſul
cos bis aſperos quos primū gelu durauerat, deinde
& glacies acuerat, nunc per cruſtū ꝙ ſummas ob-
duxerat niues, quod quidem mollius erat quam vt
equum ſuſtineret, durius quam vngulas non ſcinde
ret. Quid inter hæc animi Eraſmo tuo fuiſſe credis?
Inſidebat attonito equo eques attonitus, qui quo-
ties aures erigebat, ego animū deijciebā: quoties il-
le ingenua procūbebat mihi pect⁹ ſaliebat. Iā Belle
rophontes ille poeticus ſuo terrebat exēplo. Iā meā
ipſe temeritatē execrabar, qui mutæ beluæ vitā &
vna literas meas cōmiſiſſē. Sed audi quiddam, ꝙ tu
credas ex veris Luciani narrationibus petitū, ni mi
hi ipſi Batto teſte accidiſſet. Cū arx iā ferme in pro
ſpectu eſſet, offendimus oīa vndiq; glacie īcruſtata
q̄ vt dixi, in niuē inciderat. Et erat tanta ventorum
vis, vt eo die vn⁹ atq; alter collapſi perierīt. Flabāt
aūt a tergo. Itaq; perdecliue montiū me demittebā,
per ſummā glaciē veliſicans atq; interī haſtili curſū
moderans, id erat claui vice. Nouū nauigandi genus
Toto fere itinere obui⁹ fit nemo, ſequit̄ nemo adeo
non ſolum ſęua, ſed etiā monſtroſa erat tempeſtas.

Quarto vix demũ die ſolẽ aſpeximus. Hoc vnũ ex tantis malis cõmodi excerpſimus, ꝙ latronum ĩcurſus timuimus minus, timuimus tñ vt hoĩes pecunioſos decebat. Habes iter meũ adoleſcens generoſiſſime, idemq́ꝫ candidiſſime: ꝙ vt duriſſimũ fuit, ita reliqua fuere ſecũdiſſima. Quid ego tibi de huius mulieris comitate, benignitate, libertate memorem? Scio rhetorũ amplificationes ſuſpectas haberi ſolere, ꝑſertim ijs qui eius artificij rudes non ſint. At hic me nihil alleuare, imo re vinci artẽ noſtrã, mihi credas velim. Nihil vnq̃ produxit rerũ natura, aut pudentius, aut prudentius, aut candidius, aut benignius, et vis verbo rem complectar? Tam illa præter meritum noſtrum in nos benefica fuit, quã ſenex ille cõtra merita maleficus. Tantis illa me officijs cumulauit, nullis a me ſtudijs prouocata, quantis ille contumelijs onerauit, ſũmis affectus beneficijs. Quid de meo Batto iactitẽ, cuius pectore nihil hic habuit orbis ſimplicius, nihil amantius? Nunc demũ iſtos ingratos odiſſe cœpi. Me ne iſtis monſtris tam diu inſeruiſſe? O te mihi ſero cognitũ a quo prius me fortuna diſtraxit, q̃ neceſſitudo coniunxerat. Hæc ſcribebam, in patriã cõceſſurus, deinde iſtic continuo adero, atq́ꝫ adamatã Luteciã repetam, & has ipſas literas fortaſſe præcurrã. Cæterum de noſtro conuictu, nihil certi ſcribere licet. Tum conſiliũ ex tempore capietur. Hoc vnum tibi perſuade, neminem viuere, qui te magis ex aĩo amet quã tuus Eraſmus. Battus quoq́ꝫ meus oĩm, & amorũ & odiorũ meorum ſocius, te pari charitate proſequit̃. Cura mi Gulielme, vt quã optime valeas. Ex arce Tornenhenſi pridie nonas Feb. Anno M.CCCC. XCVII.

ERASMVS ROTERODAMVS LAVRENTIO BERTHOLINO ABBATIS. D.

NOn ſemel ipſe mihi diſplicui, Bartholine opti me, ꝙ iſtã idolẽ tuã virtuti ac bonis literis na tã, nõ fuerim maiore cum humanitate cõple xus quum apud nos eſſes vna cũ Longolio. Sed ad huiuſmodi officia pręſtanda Magis deeſt nobis oci um q̃ animus. Quis aũt non adamet iſtud ingeniũ tuum tã auidũ eruditionis, vt Italus homo per tot barbaras regiones peregrinari volueris, nõ tã Vlyſ ſeæ cuiuſdã prudentiæ cõperandę gratia, qui mores hoim nouit & vrbes, q̃ vt cũ viris doctrinę opinio ne celebratis congredereris Inter quos neſcio quis tibi perſuaſerat eſſe numeratũ Eraſmũ. Quã q̃ aũt hac parte plane ſciã te fruſtratum expectatione tua, tñ illud opinor ꝓfeciſti, ne poſt hac tã facile credas, vel laudatoribus iſtis vel obtrectatoribus. Sed inte rim exoſculor Italię candorẽ, quæ fauet exterorum ingenijs, quũ ipſi nobis inuideamus. In digreſſu pe tierasa nobis vt diſ ũcti, mutuis epiſtolis colloqu re mur. Prior itaq; laceſſo tametſi in preſentia, nec ad modũ vacabat ſcribere, nec erat argumẽtũ aliquod ſeriũ. Fac recte valeas, & quid agas vt ſciã. Louanij. Anno M.D.XXI. Calendis Martijs.

ERASMVS ROTERODAMVS honorabili D. Petro Vuichmano cano nico Anderlacenſi hoſpiti ſuo S.D.

QVi deplorare ſolebas fidẽ miſere labefacta tam per Lutheranos, eidẽ gratulari debes fe liciter reualeſcenti. In natali diui Auguſtini quidam hic cõcionatus eſt vir, ρο ρπεπε l cul tu ſpectabilis. Is inter multa, quæ diuinitus dixit mi re reſtituit dignitatẽ quatuor ordinũ, quos vulgo mẽdicantium apppellant, ſimulq; confeſſionẽ: quo rum vtrumq; nõnihil videbatur opera Lutherano rum cœpiſſe labaſcere. Dignitatem ordinum ſic re ſtituit, Auguſtinus (inquit) fuit fons ille in paradiſo

vnde prodierunt quatuor amnes hoc eſt, quatuor ordines mendicantiũ, ſua doctrina, ſanctiſq; moribus irrigantes & fœcundantes vniuerſã ſuperficię terrę, hoc eſt, vniuerſã eccleſiã. Si Chriſtum dixiſſet fontẽ, quatuor fluuios, quatuor euangelia: nõ oĩno fuiſſet abſurda allegoria. Nunc quid Auguſtino cũ illis ordinibus? Porro ꝙ addebat de irrigando, fœcũdandoq;, cõplures boni viri optabant eſſe verum. Riſere permulti. Cõfeſſiõnẽ ita reſtituit, Auguſtinus (inquit) ſcripſit multos libros de confeſſione, in quibus confitetur quædam pene friuola, veluti quẽadmodum aliquando contemplatus ſit, non ſine voluptate araneã venari muſcã. Hoc inquit, arguit nihil eſſe tam minutum, quin oporteat cõfiteri. Primũ Auguſtinus illic vtitur confeſſionis vocabulo, vt eſt anceps & ad gratiarum actionem. & ad confeſſionẽ culpę atq; in eo opere plus laudis ſibi tribuit, quam agnoſcit culpæ neq; confitetur ſacerdoti, ſed deo. & tamen ille conciator hæc dicens vulgata voce eſt vſus, quæ populo nihil aliud declarat quam eam cõfeſſionem quam ſacramẽtalem vocãt theologi. Huiuſmodi quũ multa dicant publicitus apud frequentem multitudinem, mirantur ſe non haberi pro dijs. Tertium fortaſſis ad me pertinebat, qui ĩ declamatione plus æquo tribuere videor matrimonio. Quidã (inquit) damnant cœlibatum, imo niſi nos cœlibes fuiſſemus, iam Chriſtiana fides eſſet extincta. Olim nemo fere dicebat pro cõcione: niſi diſpoſitis notarijs, qui ſermonem exciperent. Quod ſi fieret hodie, deus bone quę fabulæ naſcerentur. Qui talia dicunt in celeberrima ciuitate Brugenſi, q̃ tot habet eruditos, tot & ſine literis felicia: ſaniq; iudicij ingenia, qd cenſes eos dicere ĩ pagis, qd in conuiuijs? O colũnas orthodoxę fidei. Hoc te neſcire nolui, ne dicas tibi nihil cõmunicatum eorum quę hic

gerunt: ſed plura coram. Bene vale. Brugis. Anno M.D.XXI.

## ERASMVS ROTERODAMVS PETRO BARBIRIO S.D.

Aurula q̄dam bonæ ſpei nobis hic affulſit, fore, vt aliquādo te ad nos recipias, q̄ vtinā nos nō fallat. De penſione, vtinā tā feliciter peragas negociū, q̄ agis lente. Ioannes Canius ſui ſimilis eſſe perſeuerat. Ille noſter cui vtinā non eſſet tā niger animus, q̄ eſt cādidū palliū, ſeipſum quotidie ſuperat. Iāq; homo tā furit palā. vt nulli ſit tolerandus. Vt enim omittā alia permulta, nuper in profeſſione publica quū ventū eſſet ad eum locum, Oēs quidē dormiemus, ſed non oēs immutabimur, Hic (inquit) Eraſmus adfert hæreſim. ponit enī contra dictoriā eius ꝙ ſeruat eccleſia. Primū vt demus id ꝙ eſt ſecus, hereticā eſſe lectionē quā habent oēs libri Græci, hic adeo conſentiētes, vt nuſq̄ magis: nō ego ad fero hęreſim qui verto tn̄, nihilo ꝑfecto magis q̄ adferebat Hieronymus quum verteret libros περὶ ἀρχῶν Origenis. Nunc cū in annotationibus doceā & olim duplicē fuiſſe lectionē, ꝙ declarat & Hieronymus, & is cuius extant cōmentarioli ī oēs epiſtolas Pauli: quū Thomas vtranq; lectionē recēſens ſcribat in ea lectione quā Græci ſequunt̄, non eſſe ſenſū hæreticū: non puduit ſenē illum Theologum & Carmelitā tam rabioſā vocem emittere in ordinaria lectione & Theologica perinde quaſi ſtipitibus loqueret̄, nō hominibus. Nō dignat̄ legere ꝙ ſcripſimus: & tn̄ non pudet pronunciare de re incognita. Tm̄ audierat fortaſſis īter pocula quid ego vertiſſem. Et hic ſe credit videri dialecticū, ꝙ meminerit contradictoriæ. Atqui diſpicere debebat non quid verba prima fronte ſonarent, ſed quō eſſent accipienda, & ad quās perſonas accōmodāda. Poſtre

mo vt anceps ſit lectio, nõ periclitat̃ tñ eccleſia, eti am ſi qd ignoret de modo reſurrectionis: veluti an oẽs ſint morituri, quum de temporis modo noluerit nos ſcire Chriſtus. Qualis eſt in lectione, talis eſt in ſcholis, adeo vt multos alienet a ſtudio ſacræ Theologię ſuis moribus. Vtinam rediret R. D. Dertuſenſis, & huius impotentię modum imponeret Stunicæ reſpondimus: liber nunc excuditur Louanij Scriptio illius etiam Aleandro diſplicuit, cũ in ĩitio nonnihil arriſiſſet. Nos eius opere, ne dolo dicã, pœnitet. Nouũ teſtamentũ a me non credendis laboribus caſtigatum & auctũ tertio excuditur Baſileæ, Sed qñ finis harũ tragœdiarũ? Vt nihil aliud, certe ĩteri perit illa ſerenitas Chriſtianę mentis, & vulgus ſtudioſorum alienatur a ſacris literis. Tu cura vtrecte valeas, alioqui mortuum, quod deus auertat, iniurię reum peragam, quando non niſi meo magno damno mori potes. Ex Anderlaco. nono Calend. Octob. Anno. Milleſimo, quingenteſimo viceſimo primo.

## ERASMVS ROTERODAMVS HIERONYMO FROBENIO SVO S. D.

Mihi gratias agis mi Hieronyme, quod ex literis meis propenſior in te factus ſit patris animus. Sed in te ſitum eſt vt ſit propenſiſſimus. Id fiet, ſi te vere filium eſſe declares, & ex animo rem patris adiuues. Non mirum ſi quando ceſſant operæ mercẽnariæ. At tu dum patrẽ adiuuas, tuũ ipſius agis negocium. Nunc ætas eſt laborum omniũ patiens, ea eſt rebus honeſtis exercẽda. Quod datur vacui temporis, hoc impende honeſtis ſtudijs, & euoluendis bonis autorib⁹: Fuge cõſortia nepotum & ocioſorũ; abduc te a iuuenilibus volu-

ptatibus,& veris dotibus temet inſtrue. Q̃ ſi facies nō deerit tibi neq; gloria,neq; pecunia.ſin ſecus,& ego te fruſtra cōmendauero patri,& ipſe tibi parū bene conſulueris.Sed abſit vt hoc eueniat.Confido mi hieronyme te talē futurū,qualem optamus vtri q;.Bene vale,& ſaluta Eraſmiolū puerū vt audio, ſpei optimæ.Brugis.pridie aſſumptę virginis. Anno.M.D.XXI.

ABSOLVTISSIMO THEOLOGO D.LO douico Bero,Baſileæ apud collegiū diui Petri ꝑpoſito,patrono,& amico incōparabili,Eraſ.Rot. S.D.

ERuditiſſime vir,belle nobis cōſuluit Luther⁹,q̃ furioſis q̃buſdā bonarū literarū oſorib⁹ optatiſſimū telum porrexit, quo ſæuiant in capita bonorū virorū qui ſimplici animo fauebāt euangelicę doctrinę,& ĩ optimas literas.Aut ego plane fallor aut ille fabulā optimā non optime agit hactenus.Egregius vindex euangelicæ libertatis:q̃ ita tentauit,vt verear ne pro ſimplici iugo,geminū ſit nobis ferendū:ac nobis vſu veniat ꝙ ſolet ĳs,quibus dum parū dextre conant̄ effringere carcerem duplicant̄ cōpedes,quiq; pharmaco parū cōmode adhibito morbū exaſperant.atq; ipſe quidem fortaſſis in tuto eſt:at tanto atrocius hæ phanaticæ beluæ ac deuoti hoſtes melioris eruditionis ſęuiunt hic in optimū quęq;.Putant enĩ ad Lutheri factionem pertinere quicunq; fauerit euangelicæ philoſophiæ,vt politiori literaturę.Me in oĩbus cōcionibus,in cōuiuĳs in colloquĳs ſic lapidant conuicĳs, vt nec ipſi Stephano ceſſurus videar.Ille ſemel obrutus,finē malorū inuenit.ego ſine fine lapidor a tot examinibus rabularum,interĩ tñ bñ merens de ipſis Res acerbitate Lutheranorū & ſtoliditate quorundam,qui ſedulo magis q̃ prudenter huic malo mederi conant̄,in eū locum deducta eſt,vt ego ſane nul-

lum videā exitum, niſi res humanę magno tumul tu miſceant. Quis cacodæmon hoc peſſimū ſemen miſcuit rebus mortalium? Adnixus ſum cum eſſem Coloniæ, vt Lutherus auferret laudē obediētię, pō tifex clementiæ: & placebat regibus quibuſdā con ſilium. & ecce incendiū decretalium, captiuitas Babylonica, Aſſertiones illę nimiū fortes reddiderunt malū vt mihi videt, īmedicabile. Sic videt agere Lu therus q̄ ſi ſeruari nolit. Rurſ⁹ adeo ſtolide quidā ge runt rē apud populū. quaſi cum Luthero colludant & in cauſa pontificis p̄uaricētur. Q̄ vnū ſupereſt mi Bere, p̄cor vt Chriſtus Opt: Max. oīa vertat in bonū: ſolus enī ille poteſt. Iā pridē iſtuc iturie bam ſed erāt & ſūt q̄ me adhuc remorātur. Spero me ad futurum autumno proximo. Interī Chriſtus ſeruet te cum tuis omnibus incolumem. Louanij. pridie Idus Maias. Anno. M. D.XXI.

ERAS. RVTGERO RESCIO SVO S. D.

n I tā atrox eſſet cōtumelia, mi Reſci doctiſſi me, prorſus autor tibi futurus ſim vt vel iniquis conditionibus pacē admitteres. Nunc cū eiuſmodi ſit cōtumeliæ genus, vt nemo nō deteſtaturus ſit, ſi quid eiuſmodi cōmiſiſſet her⁹ in ſuum mācipium, cuiuſmodi malitioſa cōſpiratio ne deſignarunt ij, quorū partes erant oēm iniuriā a frugi ſcholaſticis depellere, non auſim vt facias, ſua dere, ꝙ tn̄ tuo bono factū eſſe cuperē. Mira vero tyrannis. ipſi quum ne voculæ qdem vllius iniuriā ferant, poſtulant vt tu tā inſignē cōtumeliā muſſes ac propemodum etiā vltro veniā poſtules, ne quid illorum decedat dignitati. Res erat digna q̄ poſteris innoteſceret. At ego puto generoſius eſſe vindictę genus, ſi queādmodum hactenus feciſti, Grecę literaturæ profeſſionē, q̄ maxime cohoneſtes & īteger rimus tuis moribus, & docendi vigilantia. Q̄ ſi nō

impetras hoc ab animo tuo, vt litē remittas, id quod nolim abs te flagitare, quando famæ res agit: fac ita litiges, quēadmodū hacten⁹ eſt a vobis litigatū. Nā quū proxime eſſem Louanij, ſic obeſulus, rubicundulus, & alacer eras, vt mihi lite nō macerari, ſed ſaginari videaris. Et habes te dignum aduerſariū Ioānem Calabrū medicū, qui te pallore macieq; refert, excepta ætate, adeo tui non diſſimilis, vt periculū ſit ne cui videaris litigare cum patre. Quāquam vir ille mea ſententia non peccauit malitia, ſed obſequio. Bene vale Reſci chariſſime. Anderlaci.

## ERASMVS ROTERODAMVS ornatiſſ. D. Bernardo Buchoni Phryſio decano in Haga comitis S. D.

Vir optime, quū Louanij diu lāguiſſem, ac valetudinis recreandæ grā rus migraturus ſarcinas chartaceas cōponerē, nihil erat ſchedarum quod nō excuſſerim, nec tñ occurrit libellus mihi creditus, quē tñ ſcio me ſtudio ſe poſuiſſe, vt eſſet in tuto. Nec dubito quin ſit, ſed in prōptu nō eſſe doleo. quod quidem non raro ſolet accidere, vt ea maxime pereant, q̄ diligentiſſime cauimus ne perirēt. Breui opinor rurſus e ruſtico fiā vrban⁹, ac rurſus excutiā opes meas. Certe dolorē tibi perire quod amas, quū mihi nulli ſit vſui futurum. Quod Phryſiorū natio bonas lr̄as amplectit̄, ſane nouū nō eſt, vt q̄ nobis iā pridem Rodolphum Agricolā, Langiū, & Cauterios dederit. Quod hoīes opibus ac ſtēmatis clari, nō exiſtimāt liberos ſuos dignos ſucceſſiōe rerū ac noīs, ni ſtudijs honeſtis excoluerīt animū, vt nouū eſt, ita vehemēter gratulandū eſt horū tēporū felicitati. Louanij cœlū eſt perquā amœnū, nec vſq̄ ſtudet quieti⁹. Iuuētus nuſq̄ magis ardet in bonas lr̄as. Et ſuccedit res multis mira felicitate: fruſtra reluctā-

tibus veteris inſcitiæ myſtis. Meũ cõſiliũ vtinã tibi
tam felix eſſe poſſit, quã ego ſedulo cupiã dare. Tã
tum indicabo nõia, tuꝰ erit delectꝰ. Agit nũc Loua
nij Iacobꝰ Ceratinꝰ, vir vtriuſq; literaturæ pulchre
doctus moribus probis & integris, qđ ſcio te nõ mi
nus ſpectare, quã eruditionẽ. Eũ peſtis ac bellũ, duo
maxima vitæ hũanæ mala. Tornaco expulerũt. nã
illic in collegio linguarũ, quod inſtitui cœpit, profite
batur. Eſt Hermãnus Veſtphalus. Is agit in colle
gio Lilienſi. iuuenis ꝓbus quidẽ, & vndiquaq; do-
ctus: ſed ꝑcipue indefatigabili diligẽtia ĩ formãda, cu
randa, erudienda adoleſcentia. Eſt in eodem collegio
Adrianꝰ Sueſſionius, ꝑter exactã vtriuſq; literaturæ
peritiã, & philoſophiæ gnarus, & iuris Cæſarei nõ
ignarus, moribus mire cãdidis. Eſt Rutgerus Reſciꝰ
Grecæ linguę ꝓfeſſor in collegio nouo qđ inſtituit
Hieronymus Buſlidius, qui doctrinã nõ vulgarẽ in
credibili quadã modeſtia planeq; pudore quodam
virgineo cõdecorat. Eſt Cõradus Goclenꝰ vir acri
iudicio, doctrina minime triuiali, induſtria indefati-
gabili, aĩo excelſo, moribus mira comitate, ac iucũdi
tate cõditis, fide certiſſima, rerũ etiam cõmuniũ pru
dentia valẽs, q̃ fere ſolet in ſtudiorũ cultoribus deſy
derari. Eſt Adrianus Barlãdus vir nullo fuco, ſynce
rus & amicus, ꝓꝑta quadã ac pura Latini ſermo-
nis facilitate, & in hoc genere complures iam annos
exercitatus. Eſt Melchior Treuir in collegio Caſtrẽ
ſi, moribus inculpatiſſimis, in philoſophia pene detri
tus, Theologiæ vetus iam cultor. Sed his dotibus ad
iunxit vtriuſq; literaturæ nõ vulgarẽ peritiam. Eſt
Lodouicus Viues vir vndequaq; doctiſſimꝰ, ſed is
opinor, abhorret ab iſtiuſmodi ꝓuincia. Sũt autem
nõ ij ſolum, ſed & alij permulti, cæterum mihi nõ
perinde cogniti. Horum quos recẽſui noie nõ dubi
tẽ fideiubere. Ex his quecũq; delegeris, nõ male col-
locaueris amici tui pueros. Eximium. D. Nicolaum

Euerardum Hollādię præſidē, viciſſim meis verbis ſalutabis, quē virū vtinā fata nobis q̄ diutiſſime ſeruent, reip. natum, ſi quis alius. Scribā illi propediem nā in pręſentia duos onerabā epiſtolis, alterum qui in Hiſpaniā, alterum qui Romā tranſcurrat, Bene vale vir honorande in dn̄o. Ex Anderlaco. VIII. Calendas Octob. Anno. M.D.XXI.

ERASMVS ROT, R. STANISLAO
episcopo Olmutenſi S. D.

Vix ſuperiores literas ad te meas obſignaram, Velius ad acceptum aduētus noſtri rumorē Baſileā reuolat. nā forte Friburgū iā cōmigrarat. Munuſculū tuæ celſitudinis exhibet: atq; adeo ſic modis oībus cōmendat, vt mihi nō minus fuerit gratum, q̄ ſi longe maioris fuiſſet precij. Ipſe Velius mihi factus eſt lōge charior q̄ ante fuerat, ex deguſtatis ingenij monumētis, ob incredibilē morū comitatē, quū hoc fere genus hoīm ſoleat alieni⁹ eſſe a ſenſu cōmuni: Viſus eſt & multo felicior, q̄ exiſtimaram. Primū ipe cultus magnificus ac nitidus, fortunā arguit ſatis lautā. Deinde corporis ſpecies declarat, rara numinis indulgētia, ingenio feliciſſimo domiciliū ęque felix cōtigiſſe. Nō abs re ille tuā amplitudinē ſic venerat̄ ac p̄dicat. Venerat̄ aūt nō ſecus ac numē aliquod, p̄dicat effuſiſſime. Porro quod tu talē virum tam arcte cōplecteris, tā largiter foues: nō minus eſt laudandū iudiciū tuū, q̄ benignitas. Proinde nō poſſum nō vtrūq; alteri gratulari, tibi talē alūnū ac virtutū tuarū p̄cōnē, illi tā egregiū Mecœnatem Rurſum valeat T.R D. cui me modis omnibus cōmendo. Baſileæ. X. Calēdas Decēbres.

ERASMVS ROTERODAMVS
Conrado Goclenio ſuo S. D.

Equidem exiſtimabā antehac voluptatis dūtaxat grā priſcis tantopere laudatā vitā ruſtica

nam. At me res ipſa docuit nõ perinde iucundã eſſe ac ſalubrẽ. Pene perierat Eraſmus in vrbibus: adeo ſine fine nauſeabat ſtomachus. Iam nõ vno cũ medico mihi res erat preſcripte potiones, catapocia, clyſteres, puluiſculi, qd nõ? Nec interim vacabat egrotare, ita negocijs ſubito exortis aliunde vocabar alio Itaq; compoſitis ſarcinis cõſcendo equos. Famulus rogat quo me cõferrẽ. Vbicũq;, inquã, arridebit coelum blandum ac ſalubre. Vix hic biduũ egeram, febris aufugerat in malã rem, ſtomachus valebat. Plane mihi viſus ſum hoc rure repubeſcere, adeo nihil nõ cõcoquit ſtomachus pridẽ imbecillis. Nihil vnq̃ in vita feci mi Gocleni, cuius me minus pœnituerit. Deamo te, qui tam gnauiter te geras in ꝓfeſſiõe linguæ latinæ, tua q̃ doctrina pariter & ingenio exornes collegiũ Buſlidianũ. Felix iuuentus nr̃a: quæ in hoc ſeculũ inciderit. Prorſum inuiderẽ, niſi toto pectore fauerẽ vtilitati publicę. Quo magis obſtrepũt οἱ βάτραχοι hoc magis ac magis gliſcit ardor iuuenum, ſpretis illiteratis literis, ad meliora graſſantiũ. Video, quid mereat iſtorũ improbitas. Sed tu quod tẽporis eras perditurus, aut certe male collocaturus rixando cum malis rabulis, hoc bonis ſtudijs iuuandis impẽde. Vis tibi cõmonſtrẽ ſplendidũ ac magnificum vindictæ genus? Fac vt te ipm̃ præbeas & inculpatis moribꝰ virũ: & ſedulũ ac diligentẽ optimarum literarũ ꝓfeſſorem. Nulla ratiõe poſſis iſtos citius ad ſuſpendiũ adigere, quo ſane digniſſimi ſunt, qui publicis bonis tãtopere diſcruciant, nõ alijs modo, verũetiã ſubijpſis inuidẽtes. Excuſatiꝰ eñ inuidet γειτονι γειτων, εἰς ἔφενον σπευδοντι. At his ĩ manu eſt ijſdẽ frui cõmodis, quibꝰ alios iuuari macerant. Illud in primis mihi ſemper in vtroq; veſtrum placuit, ꝙ vt mores abſunt ab oĩ turpitudine, ita caſta eſt & ꝓfeſſio: neq; caſta ſolum, verũetiam mo-

deſta. Quid enĩ cenſuri ſunt cordati viri, quũ audiẽt Louanij poetices ac rhetorices profeſſionẽ, nec obſcœnitatis habere quicquã, nec maledicentię: Theologicas lectiones, ac ſacras etiam cõciones mendacisſimis cõuicijs ſic eſſe fermẽtatas, vt execrent & idiotæ. Moro depinxeram tui imaginẽ, adeo nihil affingens de meo, vt quædã etiã pretermiſerim. Malo eni vt hoc nõie mecum expoſtulet, vbi mutua cõſuetudine vterq; alteri noti fueritis. Miro quodã deſyderio tenet̃ videndi tui. Cum ſcribes ad eũ, gratulaberis illi & dignitatis & fortunę acceſſionem. Nã quũ antea regi tantum eſſet a cõſilijs, nuper nec ambiẽs, nec expetens, vltroneo fauore principis humaniſſimi[9] & eques auratus factus eſt, & mun[9] habet apud Britannos, cum honorificum in primis, tum etiam ſalarij non pœnitendi, quod appellatur a Theſauris. Bene vale. Brugis. pridie Idus Augu.

## ERASMVS ROT. CLARISSIMO equiti Aurato Thomę Moro ſereniſſimi Regis Anglorum a theſauris S. D.

MAiorem in modũ probo laudoq; mentẽ iſtã tuã More clariſſime, qui nulla re magis gaudeas ditescere, q̃ fidis ac ſynceris amicis, nec alibi p̃cipuam huius vitæ delectationẽ ponẽdam eſſe ducas. Alijs cautio ſũma eſt, ne gẽmis adulterinis deludant̃: tu talium opum cõtemptor, abũde locuples tibi videris, ſi tuis poſſeſſionibus acceſſerit amicus neutiquã fucatus. Nec vlli ſuauior eſt alea, laterũculi, venatio, muſica, q̃ tibi cũ amico docto ingenuoq; libera cõfabulatio. Hoc opũ genere quũ vehementer abundes tñ qm̃ ſciebã hoĩ auaro nihil eſſe ſatis, & mihi tibiq;, iã ſæpe ſucceſſit feliciter, vnum etiã tibi traditur[9] ium in manũ, quẽ tu totũ totus, totoq; pectore poſſis amare. is eſt Cõradus Godeniſgẽte Vueſphalus. Qui populus, vt vulgo rudior ha

betur, ita multos nobis dedit ſummis ingeniis: minimeq; vulgari doctrina p̄ditos. Nō aliud genus mortaliū, laboris patientius, fide moruq; ſynceritate, ſimplici prudentia, & prudēti ſimplicitate potiſſimū cōmendantur. Scis nuper inſtitutū Louanii trilingue collegiū. In eo publice Latinas literas, maxima cum laude ſūmo totiꝰ academiæ fructu ꝓfitet, ea moru integritate comitateq;, vt lr̄as quas docet, etiā apud illos reddat gratioſas, q̄ priꝰ auerſabant. Ingeniū argutū, qđ feliciter ſui ſpecimen p̄buit, etiā in his diſciplinis quas ſolēniter tradūt in ſcholis publicis. Sales habet, ſed prorſus Atticos, ac lepidis fabellis vl'tecū certare queat. In carmine peculiarē quādā habet gratiam, nuſq̄ nō dilucidus, nuſq̄ nō dulcis & amœnus. Nec eſt vllum argumentū tā inamabile, qđ illo tractante nō miteſcat. In ꝓſa oratiōe ſic eſt ſui ſimilis, imo ſic eſt ſui diſſimilis: vt illius ſoluta legens, putes eum prorſus alienū eſſe a carmine. Ad amicitiā plane factus videt. Quā ſi ſemel cū eo coieris, non eſt qđm etuas, ne q̄s caſus eā dirimat. Hoc vſu venit in his: qui vl' natura ꝑfidi ſunt, vel īpotentibus affectibus. Siquidē iſtiuſmodi ſolēt adenatā occaſionē deſciſcere, & amicitiæ legibus neglectis aīo ſuo morē gerere. Hic neq; gloriæ eſt appetēs, neq; iniuriæ admodū vindex: neq; voluptatis vlliꝰ īmodice auidus. Inuidere qd ſit ſōniū quidē vnq̄ intellexit, tātus eſt ingenii cādor. Qđ ad vitæ cōſuetudinē attinet nihil eo facilius, nec magis alienū ab oī moroſitate. Cæterū a lucro, nihil hoc auerſiꝰ, tametſi fortuna adhuc tenuis eſt, nec aliud ſuppeditās q̄ victū mundū, & ſupellectilē lr̄ariā. Qđ ſi nr̄i principes ꝓphani pariter atq; eccl'iaſtici didiciſſent egregiis īgeniis habere honorē, queadmodū apud Italos habet, Gocleniꝰ nr̄ totꝰ aureus eſſet. Sed tn̄ expergiſcunt. Iā enī fere nullus eſt magnatum qui nō curet ſuos liberos bonis literis d

ligenter inſtituendos, licet inter aulicos proceres nemo literas calleat, prȩter vnū Georgium Haloinū, cui cultæ hacten⁹ prȩter inuidiā nihil fructus attulerūt, q̄q̄, ni fallor, breui plurimū dignitatis ſunt allaturæ. Iā ſpero futurū, vt ſimul atq; Goclenium ꝓpi⁹ cognoris, ab vtroq; mihi gratiæ agant: quod nuper accidit in Frācisco Craneueldio, qui vnū ſic te totum poſſidet: vt illi propemodū inuideā. Bene vale.

ERASMVS ROTERODAMVS Clariſſimo domino Gulielmo Taleo S.D.

QVando deſines queri me totū nomen e Gulielmorū catalogo ſubmouiſſe? Quantū vis abeſt a catalogo, certe ab animo nūq̄ abfuit. Monumentū amoris in me tui, quoquo me cōfero, mecum circunfero: & vtinā aliqn̄ contingat ad veterē illam redire vitæ cōſuetudinē, & quā Ferrarię primū ſumus auſpicati, mox ad Britānos renouauimus, feliciter cōſūmemus. Vtinā caſus aliquis, tuo quidē bono, in hāc noſtrā Brabantiā te propellat. Eſt Louanij cœlū, quod vel Italico quondā adamata præferas: non amœnū modo, verūetiam ſalubre. Nuſq̄ ſtudet̄ quietius, nec alibi felicior ingeniorum prouentus. Nuſq̄ profeſſorum maior aut paratior copia. Hæc cōmoda ſi te huc non pelliciunt, certe tanti eſt peſtem Britānicam effugere: quæ vt audio, iſtic parcit nemini. Bene vale. Brugis. Idib⁹ Augusti. Anno M.D.XXI.

ERASMVS ROTERODAMVS R.P. ac. D.D. Staniſlao epiſcopo Olomucēſi. S.D.

MIro quodā affectu ꝓſequebar germanū tuū Turzonē epiſcopū Vratiſlauienſem, ill⁹ literis amantiſſimis ad amicitiā ꝓuocatus, quū neuter alterum in vita vidiſſet, imo quū ille noſtrā imaginē conſpexiſſet in meis lucubrationibus, ac viciſſim mihi ſui pectoris ideā in vnis atq; alteris lite-

ris expreſſiſſet.Quo mihi fuit acerbior eiꝰ viri mors non tantũ ob id quod ipſe tãtum patronũ & amicũ amiſiſſem,etiã ſi nullã ego iacturã in rebꝰ humanis grauiorẽ eſſe iudico,ꝙ amici ꝓbi:verũ multomagis, ꝙ tm̃ ornamentũ eccl̃iæ mors præmatura terris eripuiſſet. Vt olim πολλοὶ μεν ναρθηκοφοροι,παῦροι δέ τε βάκχοι ,ita hiſce tẽporibus nõ om̃es epiſcopi ſunt,qui mitras gerũt. Atqui hinc certiſſima ſpes eſt fore,vt floreat CHRISTI regnũ,quod quotidianis votis vt adueniat optamus oẽs,ſi viri tui ſimiles nõ ſolũ maiorũ imaginibus verũetiam CHRISTI dotibus inſignes,admoti gubernaculis eccl̃iæ,quicquid habẽt vel fortunę vel dignitatis,vel ingenij,id omne cõferant in cõmoda gregis concrediti,& in lucrum eius cui redditurí ſunt oẽs rationẽ. Hunc mœrorem mihi ſi nõ ademit,certe leniit tuæ celſitudinis epiſtola, ꝙ declarat te velut alterũ Turzonẽ, morũq; ſimilitudine vere germanum fratri demortuo,in Eraſmi amãdi vices ſucceſſiſſe. Lætor vtcũq; ſartura dãni:ſed vtinã cõtigiſſet eã poſſeſſionẽ lõge pręcioſiſſimã cõduplicari, vtnec tu fratrẽ optimũ deſyderares,& ego pro vno patrono duobꝰ fruerer. Primus illiꝰ obitũ obnũciauit Bruxelle Polonorũ legatus,iuuenis elegãter doctus. Aegre credebã licet affirmanti. Mox prępoſitus Vratiſlauiẽſis mihi reddit animũ,cõfirmãs ſe ex amicorũ literis certo ſcire Turzonẽ cõualuiſſe.Sed idẽ paulopoſt diuerſis acceptis lr̃is,ex falſo gaudio me in verũ ac certũ luctũ cõiecit.Sed hæc eſt non ignota iam fatorũ inuidia,ꝙ pulcherrima queq; tm̃ oſtendunt terris,deterioribꝰ ad tediũ vſq; relictis. Quod operã ſuã mihi tã ꝓpẽſe offert tua benignitas, magis cõuenit vt meam tibi offerã tantulus cliens patrono tanto. Fauorẽ ac ſtudium amplector quo mihi nunc ſic opus eſt,vt nũꝗ alias æque aduerſum quoſdã odioſe cõiuratos in bo

nas literas,& repullulare geſtiētē veterē illā,ac germanā theologiā,quorū tanta eſt improbitas,vt me nonnunq̄ mearū vigiliarū propemodū pœniteat. Velium mihi multis modis optatiſſimū nondū videre licuit.Is epiſtolā reliquit apud amicos munuſculum,ꝙ animi in me tui pignus eſſe voluiſti, ipſe traditurus cū dabit congredi.Pro ſacris tuis manibꝰ epiſtolā ſæpius exoſculatus ſū tua manu,vt teſtaris deſcriptam.Chriſtus optimus maximus. celſitudinem tuam nobis ſeruet incolumem.

## ERASMVS ROTERODAMVS CAROLO HARST SVO S.D.

BIs igit̄ tibi debeo mi Carole,& ꝙ nos volueris inuiſere,& ꝙ abſtinueris ne ſtudia mea interpellares.Q, mihi rus hoc gratularis,certe nihil iam multis menſibus a me factū eſt, ꝙ ceſſerit felicius.Perierā,ni vrbiū nidorem reliquiſſem Iā mihi cū medicis res eſſe cœperat:cōſulti diuerſi, diuerſa p̄ſcripſerant remedia.Ea quo minus ſumpſerim,nihil obſtitit,niſi ꝙ non vacabat ægrotare: ſubinde nouis negocijs alio vocātibus.Quāq̄ huc quoq; penetrāt οἱ πτωχοτύραννοι Quid enī iſtis eſt inacceſſum?Et e propinquo quotidie audimus inſulſas fabulas. De Carino ꝙ mones,iam dudum a me curatū eſt,Neſeno miſi. Cui tradideram,ait ſe reddidiſſe capitoni noſtro. Tu fac modis oībus cōpiles Conradum Gocleniū omni genere literarū opulentum,ac veluti gnauus & auidus negociator,honeſtiſſimis mercibus in patriam tuam onuſtus redeas. Sed in primis ſtilū acue,quo poſſis aliquando rabulas iſtas, qui tam ſtolide reclamant optimis ſtudijs, ſuis depingere coloribus. Bene vale. Ex rure Andrelaco. X. Calendas Iulias. Anno. M.D. XXI.

## ERASMVS ROTERODA. R.P. AC D. LIuino Abbati monaſterij ſcti Bauonis Gādaui S.D

QVę p̄ter meritū obtingunt,hoc plus ſolent habere pretiȷ:& q̄ preter expectationē obueniūt,ſolent eſſe gratiora.Nōnunq̄ & autor magnificus p̄cium addit ſuo muneri.Nihil aūt tam per ſe vile eſt,ꝙ nō eximie charū reddatur,ſi proueniat ab aı̄o amico.Quod igit̄ nominib⁹ mihi putas gratū fuiſſe munus tuū præſul egregie, ꝙ per iſignē virū Corneliū,aduocatū a fiſco miſiſti adeo non expectanti,vt ſi de cœlo delapſū fuiſſet, non potuiſſet magis inexpectatū accidere.Nam ꝙ vltro mittit̄,ꝙ immerenti,quod nec per ſomnium expectanti,non poteſt non ab amiciſſimo pectore proficiſci.Et munus per ſe gratiſſimū verbis etiam cōmendas.Negas eſſe mun⁹ ſed aı̄ ſymbolū.Ais nō ditandi cauſa miſſum ſed ſalutandi gr̄a.Amplector igit̄ iſtū animū tuum,& agnoſco q̄d debeā,vt pariter te redamē. tñ hoc calculo vinces, ꝙ me prior ad amicitiā prouocaris.Nā in ea conſuetudine, q̄ mihi tecū fuit Gandaui,ac Dernemondę,tā me geſſi inciuiliter,vt nō ſemel veritus ſim ne prorſus aı̄m tuū a nobis alienaſſem.At qui ſic prouocatus amare poteſt,dignū arbitror,qui toto pectore redamet̄. Sed Marcus Laurinus decanus apud collegium Sancti Donatiani,pollicitus eſt mihi vetuſtiſſimum codicem manu deſcriptum e veſtra bibliotheca,qui contineret commentarios diui Hieronymi in pſalmos. Qui ſi cōmode ad nos mitti non poteſt,ſaltē optarē ex eo deſcribi vnā aut alterā paginā,quo mihi collatione liceat experiri,nū hi cōmētarȷ, quos habem⁹ excuſos typis,adulterini,aut mutili ſit,necne.Quid ſi ne id quidē commodū eſt,arbitror me ad calendas Auguſtas Brugas repetiturū. Tum igit̄ vel obiter ſalutabo tuā amplitudinē.Bene vale pater oı̄b⁹ modis obſeruande in Chriſto Ieſu.Ex Andrelaco.XI. Calendas Iulias.Anno Milleſimo D.XXI.

ERASMVS ROTERODAMVS D. MAR TINO BRVXELL.S.D.

TOt obruor laboribus ſtudiorum, vt ſi maxime cupiã, nõ vacet adire te. Ioannes Hagius abiurat ſe eſſe autorẽ famoſi libelli. Ego ſuſpicor Leũ autorẽ eſſe, aut certe inſtigatorẽ, ni me mea fallit diuinatio. Res leuiter me mouet, mihi ipſi bñ conſcium: ſed ſi poſſim certũ ſcire qui ſit, fiet vt ſit alijs exemplo, quiſquis eſt ille Satanę organũ. Tu facte ſacris literis oblectes: abſq; contentione, q̃ tuã tranquillitatẽ turbat, & meis negocijs nõ multũ adfert momẽti. Cras eo Antuuerpiã empturus Hebraicũ volumen, niſi quid variat animi tui ſentẽtia. Bene vale Martine chariſſime, ætati fili, ſacerdotio frater & iſtos homunculorum tumultus magno animo deſpice, nixus cœleſti CHRISTI præſidio.

ERASMVS ROT. MARTINO BRVxellenſi canonico apud Martinẽſes Louanij S.D.

NOn q̃ror, ꝙ mihi parũ tribuas: ſed hoc noĩe parũ tribuis, ꝙ Leicis annotationibus meas ꝓfers, quaſi vero ille ſcripſerit annotationes. De Luthero mouẽt ſtultã ac pernitioſã tragœdiã. Id poſtea ſentient. nõ ꝙ Luthero, ſed ꝙ Chriſtianę faueã tranquillitati. Vtcunq; ſcripſit Lutherus, certe hic tumultus nulli cordato placet. Sortẽ tuã merito ferres grauiter, niſi cuiq; mortaliũ vbiq; ſatis eſſet ꝙ ferat: cõmode ferendo, facillime lenies neceſſitatẽ, q̃ vitari non poteſt. Nã ſeruitutẽ mutare, fortaſſe duriore, nõ eſt cõſilij: nõ deſero vos, ſed fatigatus ſtudiorũ immodicis laboribus, obambulabo, verum non procul a Louanio, ne me cõficiat quadrageſima. Spero regis aduentũ his pudẽdis tumultibꝰ finẽ impoſiturũ. Roga noſtrũ Lutzẽburgũ, vt cras ad prandiũ veniat familiariter, & tu vna cum illo, ſi poſſis: nã velle ſat ſcio. Bene vale chariſſime Mar

ſine. E muſeo noſtro. Anno Milleſimo. D.XIX.

ERAS. ROT. MARTINO SVO S. D.

VIr integerrime, mitto libellū epiſtolarū, īter quas vna eſt, qua reſpōdeo ſtultiſſimo libel lo, quē ad me miſeras. Eā īuenies pagina qq. Quāq̄ poſtea pœnitudo me cœpit, tm̄ ope re in rē tam nihili collocatā. tuū nomen nō expreſſi, ne quid turbę tibi conciliarē: ne illius quidē, ne ſe ꝓ ditū clamaret, qui tñ prodi cupit. Bene vale, noſtri memor, præſertim in præcibus tuis.

ERASMVS ROTERODAMVS MAR tino Bruxellenſi ſuo S. D.

VIde nū aptum munus miſeris, crumenulam non habenti pecuniā. Reperi in mea biblio thecula Gregoriū Nazianzenū, & ab Hie ronymo laudatū, nō min⁹ piū, q̄ eruditū ac facundū. Eū ratus tibi placiturum, ad te ire iuſſi, vel ἀρτι λωρον vel mei ī te ſtudij qualēcunq; ſymbo lon. Tu perge tuā ętatē florentē, atq; indolē nō vul garē, vtrunq; dei donum, ī ſanctis ſtudijs exercere ſed ita vt ſimul hoc agatur, quod legitur. Bene vale chariſſime mihi, ætate fili, preſbyterio frater noſque precibus tuis Chriſto commenda.

ERASMVS ROTERODAMVS D. Martino Bruxellenſi ſuo S. D.

CHariſſime frater, acceptis tuis literis nō reſpō di, protinus decreuerā viſere te. verū ſeper no uis occaſionibus ſū prohibitus. Oro te ne quid animū tuū diſcrutiet hęc tragœdia plane fatalis: tu⁹ dolor mihi prodeſſe non poteſt, obeſſe poteſt certe tibi. Omiſſis huiuſmodi nenijs, oblecta te ſāctis ſtu dijs: & philoſophia Chriſti: q̄ gaudet bonis: & tole rat malos. Puto me habiturū vetus teſtamentū He braicū Antuuerpiæ. Si non mutaſti ſententiā: cura bo vt ematur. ſin ſecus eſt animus, deſcribe quid ve

lis fieri. Bene in vale in domino mi Martine chariſſ.

ERASMVS ROTERODAMVS D. Martino Bruxellenſi S.D.

SImulatq; volumē allatū fuerit, ad te veniet. Nihilo ſecius q̄ miſſti literis incluſum, in tuos vſus erit incolume. Mitto libbellū D. Iacobi Latomi, ſane q̄ eruditū & elegantē, quē nōnulli ſuſpicāt nō ab ipſo tm̄, ſed e cōmuni theologorum conſilio conflatum, & in me vibratum: mihi vt Latomo dignus videri poteſt, ita videt indignus, qui cōmuni Theologorum ſuffragio ſcriptus videat: neq; me dignū arbitror, in quem talia ſcribantur. De cęteris coram: nā ſubito vocor Antuuerpiā, tamen mox rediturus. Bene vale Martine chariſſime.

ERASMVS BVDAEO SVO S.D.

AMicorū optime ſimul & eruditiſſime, ſi Morus & Brixius eſſent a me alieniſſimi, tn̄ vehementer dolerē literarū noie, q̄ duo tā īſignes Muſarū myſtę tā virulentis libellis ſe ſe conſcinderent, magno ſtudiorū incōmodo, magno gaudio eorū qui iā pridē cū melioribus literis bellū gerunt. Nunc quū vterq; ſit amicus, alter etiā coniunctiſſimus, dici non poteſt q̄ acerbe ferā hoc diſſidij inter eos incidiſſe: quorū vtriuſq; & īgeniū adamo & gloriæ faueo. Vterq; ſtrenue contēnit alterū: verū ex mutuo cōtēptu quid oriri poteſt, niſi ſimultas ſēper gliſcens in peius? Egi ſtudioſiſſime cū Moro vt ſilentio rem diſſimularet: & perſuaſerā, ni Brixi9 tam ſeditioſe excogitaſſet eū locum, de rege laudato nō ſine ſugillatione filij, vt quidē interpretat Brixi9 Non eſt res ludicra rē habere cū Ioue, quem euocaſſe parum rite conceptis precibus exitio fuit. Non q̄ Moro quicq̄ ſit ab hoc ſuo metuendum, cui ob eximias dotes vnice char9 eſt: tn̄ Brixius declarauit animum perdendi Mori cupidū. Q̄ Brixius ſcripſit in

Morū, quū oīm iuditio ſit pluſq̄ ſatis: tñ odio illius nō ſatis facit. Nuſq̄ nō arripit occaſionē inſectandi Morū. Neq; quicq̄ exit illius, in quo nō multis verbis illū impetat: cum ille tñ nihil adhuc reſponderit Demiror quis ſic inſtiget aīm Brixij. Obſecro te per Muſas, vt veſtra autoritas iuuenilē iſtū ἐνθουσιασμὸν coerceat. Non hic ago Mori mei negociū. Nā ſi pgat hæc cōtentio, crede mihi fortaſſe famę nonnihil auferet Brixius, at glorię nihil. Bñ vale Budeæ chariſſime. Antuuerpię, pridie Laurētij. an. m. d. xx.

DESYDERIVS ERASMVS ROTERODAMUS IOANNI ERASMIO S. D.

GRatularer tibi raram iſtam felicitatē Eraſmi ſuauiſſime, cui contigerit in officina paterna velutin optimorū autorū vbere quodā fōte naſci, tum inter tot triū linguarū ſcientia pręſtantes viros educari: niſi magis cōueniret iſti ętati bñ ominari, q̄ gratulari. Neq; vero vulgarē ſuſtines expectationem vt amantiſſimo patri, cui vere es q̄ diceris ἐρασμιος cuiuſq; ſpes omnis ī te vno ſita ē vt Beato RHenano mihiq; reſpondeas, qui tuo nomine fideiuſſimus in baptiſmo, vt Guolphādo Capitoni, quo fideiuſſore confirmationis ſacramentū accepiſti. A nobis curatum eſt, vt prima lingue tuę balbuties latinis, græciſq; literis formaret. Libellus hic nonnihil conducet, & ad pietatis elementa percipienda. Quo nōie debebit tibi chorus innumerabilis ęqualiū, q̄ hæc vtilitas per te ad ipſos peruenerit. Viſū eſt enī nobis tua cauſa, dies aliquot repueraſcere, dū ſtilū, ac ſententias ad tuā ętatulā attēperamus. Ieſus te ſeruet ſēper ad meliora ꝓficiētē. Bene vale. Baſileæ. pridie Calē. Mart. Anno m. d. xxij.

DES. ERAS. PETRO PALVDANO. S. D.

VIciſti tandē humaniſſime Petre. Habes toties efflagitatā a nobis ſcribendarum epiſtolarum

rationē. Sed vide interim dum tuæ morē gero volū
tati, quantis me calūnijs ipſe obiecerim. Quid tādē
Critici dicent, imo quid non dicent, vbi viderīt me
auſum tractare rē a multis tā diligenter ac ſcite tra-
ctatam? Vis tu (inquient) Penelopes tela retexere,
poſt tantos autores? Aut eadē dicas neceſſe eſt: aut
deteriora: quorū alterum ſuperuacaneū eſt, alterum
etiam pernitioſum. Ego vero quamquā mul
ta alia habeo quæ reſpōdere poſſum, vnū
hoc tn̄ dico, nullius qui de hac re aliquid
conſcripſerit, me veſtigijs inhæſurū.
Accipe itaqꝫ breuiſſimā, maximeqꝫ
cōpendiariā cōficiendarū epiſto
larum formulam tibique hoc
vnum perſuade, non ver
bis tantum illas, ſed ar
te etiam indigere.
Vale. Saluta
amicos
com
mu-
nes.

Pariſiis Anno domini M.DXXVIII.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA